


SEMINARII AVERSANI  
E P I C E D I A  
*IN OBITVM*  
INNICI CARDINALIS  
CARACCIOLI  
AVERSAE EPISCOPI

*RECITATA*

*Pridie Nonas Novembres Anno CCCCCXXX.*



NEAPOLI, Ex Typographia Felicis Muscae, ccccccxxxii.  
*SUPERIORVM PERMISSV.*



# CLEMENTI XII.

## PONT. OPT. MAX.

SEMINARIVM AVERSANVM  
Sempiternam Felicitatem.



V M nulli fere non vicinarum  
modo Civitatum, sed ne exterarum quidem  
nationum, BEATISSIME PATER, esset  
\* 2 obsec-

obscurum , quae quantaque Innico Cardinali Caracciolo deberemus ; admittendum nobis esse censuimus , ut intelligerent etiam universit , beneficia atque amorem suum neque in ingratos illum , neque in immemores contulisse . Quocirca cum nuper is Romae quam maturo , tam acerbo nobis fato supremum obiisset diem ; praeter justa funerum officia , qua fieri potuit , magnificencia ac religione persoluta , litterariam alteram moeroris nostri atque observantiae significationem edere constituimus totius Civitatis concurso cohonestatam . Quae etsi prae tenuitate infantiaque nostra fuisset ejusmodi , ut vix domesticorum parietum asperatum , vix studiosissimorum civium ora sustineret , nedum publicam hominum lucem intueri posset ; eam tamen , ut prodiret in vulgus , pene obliquantibus nobis expressit amor atque extorsit e manibus : ac potius ferendum statuimus , ex nostra existimatione , si qua modo est , per basce rudes luctubrationes aliquid decadere , quam erga Parentem optime meritum officium fortasse nostrum a quopiam desiderari . Istbuc igitur

cum



cum nostra nos pietas adduxisset ; tum eam quoque prope dementiam injecit , ut Sanctitatem Tuam , quae terrarum Orbis universi moderatione distinetur , interpellare naeniis nostris , tantoque ex Nominis pretium audieremus opellae huic & nobilitatem arcessere . Sed enimvero , BEATISSIME PATER , nonnihil occurrebat , quare tolerabilis Tibi ratio officii nostri , nec ingrata prorsus accidere posse videretur . Nam praeter illam dignam amplitudine & Imperii & Animi Tui humanitatem , quae ne humillimorum quidem bominum studia fastidit ; ac praeter benevolentiam singularem , quam Cardinali Caracciolo & vivo & extinto praefitisti ; ea quoque nos cogitatio maxime confirmavit , fore , ut , cum ille vitam suam prudens lubensque pro optatissima Christiano Orbi Pontificis creatione devovisset , Tua vicissim Sanctitas vicem nostram atque orbitaltem miserata , ampliore jam nos caritate amplectetur . Sane quidem nos in tanta incommodorum asperitate hac una consolatio sustentavit ; quod & si Parente optimo orbati sumus , at eo Apostolicae Cathedrae , quam omnium

omnium gratulatione infedisti , Ecclesiaque  
universae causa atque commodo orbati su-  
mus . Quin ipse mei Cardinalis Caracciolum  
praeclare secum in morte ipsa actum exi-  
stimatorum , quod eo iam tempore emitteretur  
e vita , quo abs Te Pontifice cum toti Chri-  
stianae rei , tum vero Ecclesiae ac Semina-  
rio suo laeta omnia auguraretur atque ad-  
promitteret . Quia in re plurimum vidisse  
illum & sentit Christianus populus univer-  
sus , qui Tuis auspiciis ad pristinae digni-  
tatis spem revixit , & nos ipsi maximo nu-  
per experimento intelleximus , cum Aversa-  
nae Ecclesiae gubernacula Josepbo Firrao  
Archiepiscopo Nicaeno , quo graviorem san-  
ctioremque Successorem neque Innicus opta-  
re ipse , neque nos cogitare potuissimus , tra-  
didisti ; idque tum incredibili nostrae salu-  
tis studio , tum de virtute illius judicio  
singulari . Neque vero dubitamus , quin  
Cardinalis Caracciolum , quem videre de  
Coelo vineam istam faciam baud temere cre-  
dimus , uti nostro hoc tanto bono magnope-  
re lactatur , gratesque habet Tuae sapien-  
tiae immortales ; ita in reliquum etiam  
tempus

*tempus Aversanam Ecclesiam ac Semina-  
rium Tibi velit esse commendatissima . In  
quam spem nos eriges jam, BEATISSIME  
PATER, universos, si minus gravate hoc,  
quidquid est , officii nostri Tibi accipien-  
dum arbitreris . Interea , dum praepoten-  
tem Deum votis omnibus obtestamur , ut Ec-  
clesiae suae otio ac dignitati , tali tantoque  
Pontifice , quam diutissime consultum velit ;  
Tuis accidentes pedibus filios paterna bene-  
dictione complectere .*



# ORATIO.



UANQUAM ex misero illo fatalique die , cum  
primum de INNICI CARDINALIS CARACCIO-  
LI , Episcopi ac Parentis nostri interitu gra-  
vissimus nuntius est allatus , tanta , uti par-  
erat , acerbitate concussi , saepenumero ac  
multis in locis recordatione illius desiderio-  
que indoluimus ; tamen hodierna lux , hicce locus , vestra  
haec ipsa frequentia , Auditores , maxime facit , ut quanta si-  
mus orbitate perculsi , quanta accepta calamitas , non intelli-  
gamus modo , sed ipsis quodammodo oculis videamus . Quan-  
do enim illius temporis jucunda recordatio nobis celebritas-  
que succurrit , cum CARDINALIS CARACCIOLVS studio no-  
stri & benignitate singulari , praesentia conspectuque suo his  
aedibus amplitudinem , juventuti ad sapientiam conanti sti-  
mulos , coronae lectissimorum hominum decus atque orna-  
mentum addere , & sollemne , & in deliciis haberet ; laetarique  
hic omnia , tecta ipsa & parietes viderentur , tantamque sibi  
felicitatem gratulari ; angi profecto animos vehementissime ,  
oculosque ipsos commoveri necesse est , qui hoc tempore quo-  
cunque incurrerint , veterem illam , cui plane assueverant ,  
tam praeclaram , tamque augustam speciem dignitatis , ve-  
terem splendorem , & pristinam majestatem requirunt . Ja-  
cent omnia , afflictantur & moerent : & quo ictu Parens ac  
Praeful perculsus ipse prostratusque est , eodem labefactata  
motu decora omnia , fortunaeque nostrae praeclara insignia  
concederunt . Neq; vero ex anniversario hoc Divi Caroli Bor-  
romoei festo die , quo potissimum hujusmodi pietatis offi-  
cium obiri placuit , nullum dolori nostro ad vulneris atroc-  
itatem momentum accessit . Itane ergo omnia ex laetitia &  
voluptate , ad luctum & lacrimas reciderunt , ut quem diem  
sollemni ritu pompaque , frequenti omnium ordinum gratu-  
latione , qua poteramus tenuitate ingenii , pro egregia CAR-

A

DI-

DINALIS CARACCIOLI in Borromoeum observantia , vivo illo ac praesente , celebrare atque exornare consuevimus ; illo ipso erectum nobis , atque Aversanae rei universae decus & firmamentum , moesto hoc praestantissimorum hominum atratoque confessu , squalore obsiti , orbitate ac solitudine perditu lugeremus ? Nimirum quaecunque hoc tempore subit animum cogitatio , quaecunque oculis species obversatur , non modo prohibet , ne dies , quae ceteris mortalium incommodis mederi solet , acceptam plagam obducat aut leniat ; sed efficit enimvero , ut ja*ct*urae magnitudinem gravitatemque intuentibus , mirum in modum doloris sensus , & calamitatis asperitas augeatur . At me quidem praeter haec omnia , quae nemo non sentit , molestiae luctusque argumenta : illa quoque recordatio , INNICE CARACCIOLE (te enim in ipso orationis meae aditu compellabo ) vulnerat atque examinat . quid ? eam igitur ob rem alumnorum tuorum vocem impensis curisque tuis , do*c*torum virorum industria praeceptisque conformasti , atque aliquam in Seminario hoc tuo dicendi exercitationem esse voluisti , ut essent qui extincto tibi atque erento , laudationis triste hoc officium , ingratumque persolverent ? nullum a nobis tantae operae studiique tui , dum viveres , fructum expetivisti : neque unquam aut agi tibi , quod unum possemus , divinorum in nos meritorum gratias ; aut laudes tuas , quae omnium ora animosque compleverant , hac infirmitate vocis & laterum non dicam praedicari , sed ne levissime quidem attingi & commemorari sivist . nempe ut quem spirantem florentemque ornare , quamlibet cuperemus , prohibiti sumus ; ei mortuo honores lacrimis & multa acerbitate permistos haberemus ? Verum enimvero , ut haec ad dolorem moeroremque animi compara-ta sint universa , hoc a nobis Parenti benemeritissimo observantiae atque amoris officium , quale illud cunque futurum sit , deberi non debuit : proindeque , ne ingratissimi videamur hominum , clades ipsas nostras & vulnera , qua fieri poterit , firmitate animi & constantia refricabimus . Dicam igi-

igitur de INNICI CARDINALIS CARACCIOLI laudibus; eaque  
utar ratione dicendi, ut quamvis tota haec videatur esse de  
benificentia in Seminarium sua, atque mirifica caritate futu-  
ra tractatio, nonnulla tamen ante de fide studioque ejus in  
Ecclesia administranda, deque animi virtutibus differam: ne  
dum nostra pluribus praedicamus, aut communibus rei pu-  
blicae utilitatibus invidisse, aut sanctimoniae ipsius egregiae  
nullam tribuisse laudem videamur. Vestrum est, Auditores,  
orationem hanc meam infantia quidem sua non satis fir-  
mam; tanta praeterea acerbitatum jactatione concussam, si-  
lentio atque aequitate vestra excipere ac sustinere. Et  
principio quidem, ut eum, quem praecepi animo, cursum te-  
neam, intelligo quosdam veluti fraenos orationi meae injici  
oportere; ne officii fortasse studio & cupiditate abrepta, quae-  
cunque possit in spatia ac regiones, ad contrahendas laudes  
excurrentis, multo huc serius, quam hujus & Civitatis & loci  
ratio patitur, revertatur. Si enim illa vel ad generis nobili-  
tatem, vel ad magnam anteaetiae vitae partem discurreret,  
prope infinita laudum varietate, diu multumque, et si sum-  
mas rerum & capita exsequi vellet, distineretur. Nam INNI-  
CI quidem CARACCIOLI vetustissimum amplissimumque de-  
cus Gentis ac Nominis, quod plane nullius, in hoc tanto Nea-  
politanorum Optimatum splendore, invideat imaginibus,  
explicari pro dignitate, nisi satis longa oratione, non potest.  
vitae autem superioris ornamenta, si conquirere omnia ac  
perseQUI vellem, multa mihi ex Hispania, ubi ille in Caroli  
II. Regis aula inter honorarios ephebos magna cum dignita-  
te & gratia versatus est; multa ex urbe Roma, ubi primum  
ad sacratiora a coelesti Rege obsequia & partes, non obscu-  
ro vocatus numine, ad rem Christianam gerendam bonis  
omnibus accessit; multa ex insula Melita, in qua praeclaro  
in haereticos inquirendi, gravissimoque munere bene ac sa-  
pienter est functus, virtutum insignia, atque immensa vis de-  
corum segesque esset colligenda. Verum ut haec omittam,  
vestra facit exspectatio, vestrum studium, Auditores; quod

ceteris quidem illius laudibus magnopere gratulatur ; ad se se tamen eum, jure quodam suo, revocat totum & vindicat . atque id eo libentius facio , quod videam extremum hunc INNICI veluti vitae actum , qui totus Aversanae Ecclesiae procuratione continetur , tantis virtutibus floruisse , ut non ita multum illi sit vel ex avorum gloria , vel ex superioris vitae laude repetendum . Itaque cum primum ille Aversanorum Episcopus fauste ac feliciter renunciatus est ; cum advolare extemplo ad Ecclesiae suae & amplexus & gubernacula prohiberetur , Roma plenas caritatis curaeque litteras Aversam dedit ; quibus & se gregis sui salutis studiosissimum significabat , & bonis omnibus ad optime de republica sperandum , veluti signum aliquod sustulisse videbatur . Sed dici vix potest , quanto intervallo exspectationem spemque universorum , quam litterae concitarant , adventus ipsius ac praesentia superarit . Sane mentis aciem curamque omnem suam jampridem a rerum fluxarum amore , qui aliorum plerumque animos cursusque , magno populorum detimento tardavit , avocatam atque absfraetam , in una Ecclesiae suae incolumentate & salute defixit ; & quo primum in gradu stetit diligentiae contentionisque , de eo nulla illuminatio temporum , nulla privati commodi ratio , nulla vel aetatis vel valetudinis infirmitas , nulla unquam rerum varietas deturbavit : ut animam prius suam , quam curam illius cogitationemque deposuerit . Primum id curavit omnino , ut perpetuo ad clavum adesset ipse , neve eum aliquando Civitatis populi que sui oculi desiderarent : quippe qui intelligebat , quanta ex gubernatoris praesentia vectores prosperitas salusque consequitur , tantam ex ejusdem desiderio pestem illis ac perniciem impendere . tum rationem omnem inicit , ut Ecclesiae suae non facies modo sibi pateret , sed sinus etiam , atque adeo viscera latebraeque omnes perspectae esfent ; nullumq; ei , quod humanae mentis conjectura caperet , populi sui vulnus , nullum incommodum atque necessitas latenteret . Nam etsi Decessorum suorum sedula in hujus Ecclesiae ad-

5

administratione ; atque egregia opera exstitisset , fieri tamen omnino non poterat , quin multa ingenitae fragilitatis vitio pessum ruerent; essentque propterea suis vigiliis , curis , labo-ribus restituenda . Quam in rem & graves sapientesque , & rerum usu exercitatos viros in consilium frequenter adhi-buit ; & Dioecesim universam ipse per se se, nullo vel aetatis suae vel dignitatis discrimine , quotannis ea sedulitate , ea cura rerum omnium , ac plane religione lustravit , ut revocata jam longo intervallo paeclarissima illa veterum Patrum pietas & disciplina videretur . Neque vero leve hoc unum , aut translatitium caritatis illius argumentum est . praeter enim quam quod plurimum in quolibet vel obscuro pago , vel infrequenti , pro sollertia pietateque sua exauriebat operae ac laboris ; domumque dejectis , ut erat , viribus , annique tempore incommodo , saepenumero confessus & prope exanimatus recipiebat se : quoties ex imbrium alluvione , ex via-rum periculis , ex intempestae noctis caligine de capite dimi-cavit ? Illud autem , quod his erat affine , quanto ipsi usui erat cum ad alia multa , tum ad parandam rerum conducibili-um cognitionem , quod quotidie cuivis homini , summo , medio , infimo facere soleret conveniendi sui benignissimam potestatem ? Quanquam enim ex quodam veluti naturae ha-bitu , longi etiam usu temporis confirmato , necessaria quaedam esset illius actus cunctatio consecuta ; tamen quod a di-vinarum rerum studio atque exercitatione , quod a eura sui corporis non liberalissima vacabat diei noctisque , aures omnibus patientissimas , aequissimasque adhibebat . Quod si quam populi sui fraudem atque offensionem comperisset , eamque in rem operam vocari suam ; cerneret illum ceu ad-motis facibus aestuare , angi , jactari , in partes omnes versare animum , jam solatii , jam quietis expertem ; donec sanandi ejus aliqua ratione reperta , appareret satis , & parti aegrae illi , & cetero corpori , ne quid detrimenti caperet , esse con-fultum . Mitto sedulitatis hujusc ac vigilantiae , quae pri-vatorum hominum caussa , & rei ipsius natura texit , innu-  
mera

mera documenta . quae sola in vulgus lucemque prodierunt, quam multa illa fuere! quam salutaria! quam præclara ! Certe Synodus duntaxat ea , quam sub Pontificatus initium incredibili cura & labore habuit , tantis est sapientiae, religionis, pietatisque luminibus distincta , ut exterae etiam nationes , & vero Galli, severissima institutione homines, non solum eam ornarint laudibus ; sed etiam nonnullum ejus institutum, uti apprime conducibile , cunctis Christi-fidelibus inculcarint . eaque præstantia legum minime contentus, ad usque extremum spiritum nullum fecit ea edicendi finem , quibus & , si qua nova in mores corruptela invasisset , continuo resecaretur; & , si qua bene aliquando constituta, temporis injuria defluxisset, revocata severis legibus vincirentur. Dicam paucis, Auditores. tanta Pastorem optimum gregis sui caritas & solicitude urgebat , exedebatque; tam acres pectori illius publicae salutis stimuli subjecti erant, atque infixi; ut plane miraculo fuerit, vitam eum ac spiritum in tantam tenuisse aetatem , nec multo ante curarum atque amoris ignibus absuntum, peremptumque concidisse . Quoties cum eo studiosi homines consilio , hortatu , precibus egerunt , ut , quoniam satis communibus commodis salutique servisset , & vitam omnem suam , industriam ac labores in medium contulisset ; in aetatis ac virium reliquiis illis miseris , curis omnibus expeditus, sibi aliquantum, & suae tranquillitati valetudinique serviret ? Quid ? num aliquando impetrarunt ut quiesceret ? ut laxaret animum? ut curarum aliquid laborumque remitteret? Immo vero exploratum est , etiam tum , cum sanitatis caussa, Aversa in opportunum aliquem coelo atque silentio recessum , Medicorum jussu concedebat, ut animus aegritudinibus levaretur, auresque negotiorum strepitu defessae conquiescerent ; secum Ecclesiae suae curam & cogitationem auferre consuevisse; nihilque ibi praeterea , quam Aversam suam & animo reputare secum , & crebris sermonibus usurpare . id quod & facitasse eum , cum apud nos saepe aegrotaret , & Romae tan-

7

tandem , cum eo , quo absuntus est , morbo conflictaretur ,  
accepimus : ut aequis iniquisque persuasum sit , INNICVM  
CARACCIOLOVM in cura & meditatione obeundi sui muneric  
& vixisse semper , & extremum etiam spiritum edidisse . Sed  
quorsum haec dispuo ? Parumne res ipsa loquitur , Auditores ? Quota enim quaeque Aversanae Ecclesiae , sane non an-  
gustissimae , pars est , quam Pastor ille Parensque neglexit ?  
neglexit ? immo vero quam non diligentissime sanctissime-  
que curavit ? Vos appello , agrestes homines atque infelices ,  
quos ab domo convictuque hominum , in nemora ac fera-  
rum consuetudinem ratio rei familiaris , vitaeque neces-  
farius usus abduxerat : tum vos etiam , qui ingenii asperi-  
tate improba ab omni coelestium rerum tractatione maxime  
abhorrebat . num deesse quidquam vobis ipsis adjumenti  
atque institutionis mirificus Pastoris amor est passus , quo vel  
negligentes , vel inviti fervaremini ? Quam vero eorum , qui  
acquiore animo erant , quique in oculis quodammodo ejus  
finuque versabantur , curam studiumque gessisse putandus  
est is , qui adeo de longe positis , deque alienissimis laboraret ?  
quam puerorum ad Christianam praeceptionem informan-  
dorum ; quae videlicet cura instar est omnium ? quam Ecclesia-  
stici ordinis vel ad religionem sanctimoniamque fingendi ,  
vel in officio continendi ? in quam partem , & salutaria multa  
providit , & tantam , cum in Clerum referri aliquem , aut  
aliorum curationi praefici oporteret , adhibebat consilium ma-  
turitatem ; ut saepe cum ceteris satisfaceret omnibus , ipse  
sibi nunquam satisfacere videretur . quam dicatarum Deo  
Virginum , quarum solitudine pene conficiebatur ? quam  
denique earum mulierum , quae vel ex vitae laxitate in me-  
liorem frugem , vel in tutum ex dimicationibus se refere-  
bant ? quae ab illo & stipem ad vitae usum uberrimam , &  
omnem ad studium pietatis opem ac suffragationem acce-  
punt . Illa vero quae ad cultum majestatemque Numinis  
pertinebant , templorum elegantia atque veneratio , in tor-  
munditiesque sapientialis , religionum observatio & sancti-  
mo-

monia, quo magis Antifite ac vindice floruerunt? vel unde enim illo, quod immenso sumtu opereque magnificentissimo excitavit, Majore Templo, & quid de reverentia atque amplitudine religionum ipse sentiret, & quid aliis praescriberet intellectum est. Denique, ne longius faciam, id unum vigiliae ejus incredibilis veluti cumulum quendam verissime addam: perinde CARDINALEM CARACCIOLEM unamquamque provinciae suae partem procurasse, ac si ea demum tota rei publicae summa esset: perinde autem partes universas fuisse exsecutum, ac si una res quaedam foret, ac singularis. Jam vero beneficentiae illius atque infinitae liberalitati, quae cum omnem principem virum, tum maxime Episcopum decet nulla par poterit commendatio repeiri. Cum enim Ecclesiae redditibus satis amplis, domestici etiam census pars non exigua accederet, ut ei satis comode satisque laute posset esse; plerunque deesset sibi ad cultum atque splendorem, nonnunquam etiam ad necessarios vitae usus aliquid patiebatur, modo ne quid misericordia egenisque opis & subsidii deesset. Nam praeter eam ingentem vim pecuniarum, quae fere quotidie domi suae erogabatur ( quippe & statim erant plures per hebdomadam largitioni dies; neque unquam prodire eum in publicum rescitum est, quin magna conciretur pauperum multitudo ) praeterque tacitam aliam atque occultam ad multas familias sustentandas impensam opem; quae sola pauperibus in pagos ipsos ac domos mittere consueverat, opinionem fidemque hominum superasse vel illud argumento est, quod non ita pridem in certo quodam paucorum capitum vico, trium mensium spatio, octoginta aureos, Parochi unius manu distributos fuisse compertum sit. Neque vero aliquando aut aliorum monitis, aut rei familiaris angustia, aut sterilitate anni, aut aliarum impensarum mole adduci potuit, quin magnum quotidie in pauperes & calamitosos pecuniarum numerum, atque adeo facultates suas omnes effunderet. Sed non verbo usus sum illo, quo de-

decuit . non enim effudit , sed in populi sui salute apud Deum, immensi cum spe fenoris, sapientissime collocavit. Age vero , pauca jam de INNICO CARDINALIS ornamentiis animi , atque virtutibus , primoribus , ut ajunt , labris attingamus . Enimvero quidquid in principe viro est privatae etiam laudis ac boni , id & per se se multum in publicas rationes & commoda derivatur ; & illi ipsi , quod in rei publicae salute elaboratur curriculum industriae , pretium operaे , atque omnem fere partem laudis dignitatisque conciliat . Porro sanctorum precum atque orationis studio , cuius ad vitae sanctitatem magna quaedam vis est , ac prope divina , usque eo delectatus est , ut si quidquam in illo nimium fuit , id unum videri posset . Statae illi erant , certaeque horae bene multae , quibus , ceteris omnibus remisso nuntio , ita se in coelestium rerum contemplationem abdebat immergatque , nihil ut plane sentire aliud , hominemque ex homine exsufisse videretur . In reliquo autem actu vitae , cum aliquod Deo supplicandi tempus incidisset ; statim ac collegerat se , atque in genua oraturus abjecerat , tanto mentis ardore cum Domino conjungebatur eique adhaerebat , ut ab illius congressu aegre admodum , quasique abstractus atque avulsus abscederet ; eoque uno solatio gravissimam quamque acerbitatem , veluti ab alienato ab sensu doloris animo , fere temporis momento levaret atque concoqueret . Tanta autem haec illius cum Deo familiaritas , tum praeclaro documento erat , quam benigne secum ; quam large divinitus ageretur , quamque composita apud se omnia ac bene morata essent ; tum persuadebat facile universis , publicam incolumentem , otium , felicitatem omnem , tam apud Deum gratiosi Pastoris precibus assiduis votisque , acceptam referenti oportere . ut quanquam multa CARDINALIS CARRACOLI vitae pars , in divini colloquii veluti otio quodam sancto traducta esse videatur ; tamen dubitandum minime sit , non minorem in eo ad reipublicae utilitatem , uti praeclare magnificeque de claris hominibus ajebat Cato , otii , quam

quam negotii rationem exstitisse . Tantum autem studium usumque orandi , quae pietas in Deum , qui in Deiparam Virginem cultus , quae in Coelestes omnes observantia , qui in re divina quotidie facienda pietatis sensus atque ardor ; quae mysteriorum & religionum , quam jucunda , quam accurata , quam sancta tractatio consecuta sit , dicerem certe pluribus , nisi apud vos dicerem , **Auditores** , qui reliquas quidem illius virtutes probare atque fuspicere , pietatis tamem ac religionis miraculo obstupefieri solebatis : ut cum in eum sacrificantem orantemve incidissetis , non vobis , qui erat , **CARDINALEM CARACCIOLVUM** , sed Basilium , sed Chrysostomum , sed Gregorium , aut alium quempiam sanctissimum illorum Pontificum videre videremini . Ceterum affinitas ista sua vitasque precationis , eo praesertim nomine summopere laudanda est , quod non ad delicias mollitiemque animi verteretur , sed fuerit semper cum saevissima in seipsum animadversione , vitaeque magna asperitate coniuncta . Quamlibet liberaliter molliterque , pro domus suae opibus atque splendore , altus educatusque esset ; lectus illi perpetuo , etiam ea aetate qua decessit , etiam cum morbo afflictaretur , nil plane aliud , quam stramentitia culcita : magnumque erat omnibus qua admirationis , qua commiserationis incitamentum , virum Principem intueri id aetatis , id dignitatis , tam simplici in strato , tamque incommodo recubantem . A cibo autem , imbecillo praesertim corpore ac dejecto , tam severe temperabat , ut plerique , quo pacto consisteret , mirarentur . saepe enim Beatissimae Virginis , aliorumque Sanctorum veneratione , pane tantum & aqua contentus erat : saepe de instructa sibi mensa ferculum unum aut alterum , quod sapiebat magis , pauperibus aegrotisque delegabat . tum eas ab Ecclesia prae scriptas esuriales ferias , quibus paucim adolescentiores , firmioresque se liberant , servavit ipse , & decrepitus , & infirmus religiosissime . Quae cum omnia corporis usui necessitatique subduceret , explere studium suum ardoremque non poterat , nisi male habito corpori

pori & labanti, asperrium etiam atque saevissimum flagrorum, ciliciorumque arce adhaerentium cruciatum, semel atque iterum in hebdomadas singulas addidisset. cūjusmodi nonnulla instrumenta fortitudinis atque virtutis, fere unae CARDINALIS CARACCIOLI divitiae, in colligenda supellecili deprehensa, omnium qui aderant pectus effoderunt; reputantium, nullum in tanta domo signum extare luxuria ac deliciarum; plurima patientiae, parcimoniae, severitatis. Verum enim vero qui rigide secum & prope crudeliter a gebat, is ea humanitate atque indulgentia erat in alios, ut Christi Domini, qui princeps est ac forma Pastorum, mansuetudinem agnosceres. domesticis lenis & patiens, subiectis benignus ac facilis, aerumnosis comis atque blandus; eodem ferme habitu oris ad lenitatem moderationemque composito, nullis unquam ineptiis hominum, nulla importunitate dejectus de gradu est. Quod si aliqua nonnunquam suscipienda severitas esset, id tam invitus moderateque faciebat, ut appareret, partes quidem lenitatis ac misericordiae, quas a natura acceperat, agere eum per quam libenter: personam autem gravitatis atque asperitatis, quam munieris ratio imponeret, veluti alienam assumere; assumtamque, cum primum posset, abjecere. Itaque sanctissimi Praesulis Francisci Salesii suavitate mirifice delectabatur, illiusque praeclaras sententias & usurpabat frequentissime, & ad earum praescriptum, facta omnia sua & consilia exigebat. scilicet qui Deum summopere atque unice diligebat, quique inter tot virtutum ac dignitatis insignia, demisse semper de se atque humillime senserat, fieri non poterat, quin homines universos & tractaret humanissime, & patientissime amplecteretur. Sed vero cum cetera omnia sanctitatis illius ornamenta, tanta complecti orationis tenuitate non possim; vox ipsius una, infinitae praedicationis instar, qua sola tota ejus vitae ratio, factaque omnia cumulatissime probantur, erumpat. Audivi egomet ex eo aliquando, cum de se deque suo instituto loqueretur (neque enim deesse sciebat, qui non

modo erratis succensent Episcoporum, sed etiam in recte factis saepe fastidiunt) se, et si aliquando rerum ignoratione, altave qua caussa labi errore potuerit; nunquam tamen in tota gubernandae Ecclesiae ratione; nunquam in tanta rerum caussarumque varietate, mentis suae propositique poenituisse: nunquam de voluntatis animique vitio, cum animam poenitentiae Sacramento expiaret, fuisse confessum: semper se Dei gloriam, Ecclesiae suae rationes, populi salutem; semper ius aequitatemque secutum esse: nihil cuiusquam aut opibus (nam non tantum quaestu sordido, sed etiam officioso munere constantissime semper abstinuit) aut auctorati tribuisse. Deus immortalis! tantam in uno verbo materiam testationemque virtutis! tantam castimoniām sanctitatemque consilii! tantam recte factorum atque aequitatis conscientiam! Sileam, licet, ac quiescam. jam eo, quo nullum est locupletius, testimonio intelligitis, INNICI CARACCIOLI facta omnia, consilia & sensus in laude ac virtute constitisse. Sed ut de se ipse tacuisset, num testibus fatis firmis, fatis gravibus auctoribus tantae confirmata virtutis excellentia, praestantiaque non fuerat? mitto duo vicinarum Ecclesiarum, Campanae & Neapolitanae lumina, quorum alterum extinctum lugent, alterum quam diutissime vivum exoptant; Nicolaum Cardinalem Caraeciolum, Franciscum Cardinalem Pignatellum, qui singulari vel amore, vel veneratione INNICVM CARDINALEM prosequebantur: ipsi etiam Pontifices Maximi quam praecclare semper de illo! quam ample! quam honorifice judicarunt! Sane Innocentio XII. nullo unquam tempore Aversana non debet Ecclesia. nisi enim virtutis illius concepta fixaque opinione, modestiae atque demissioni, quae delatum Episcopatus officium ab se studiosissime depellebat, severitate imperii restitisset; aeternum tanti Pastoris opera atque utilitatibus caruissemus. Clementis autem XI. cum magna existimatione virtutis amor singularis, tum saepe in multis rebus, tum eo tempore luculentissime est agnitus,

rius; cum INNICO CARACCILO neque petente neque cogitante, in amplissimum Purpuratorum Patrum numerum cooptato, & summum de eo judicium honore maximo declaravit, & honorem ipsum significatione judicij sui, verbisque magnificentissimis cumulavit; Ut & debitum jampriedem virtuti praemium persolvere se; & in eo ornando, Ordinem ipsum ornare arbitraretur. Cum Benedicto XIII. vetus illi, atque officii plena familiaritas intercesserat; quamque is de INNICO vigilanter, & virtute persuasionem Cardinalis imbibebat, eam Romanus Pontifex multis auxit partibus, & confirmavit. Quibus omnibus maximum ex judicio benevolentiaque tua, quam multis magnisque argumentis expromisisti, ad sanctimoniae illius testationem pondus accessit, CLEMENS Optime Maxime; quem nuper praepotentis Dei numen amicissimum dedit Ecclesiae suae temporibus unum, quo erigi omnia renovarique possent, sapientissimum moderatorem. cuius tantae voluntatis habebit quidem ipse & referet in Coelo, quo innectum speramus, gratiam plurimam; & nos tanta hac virium tenuitate, benignitatis erga illum tuae tuebimur memoriam, praedicatione ac testimonio sempiterno. Sed jam in ea orationis parte, quae nobis est cum reliquis omnibus communis, aliquandiu pro temporis locique ratione morati; illam, quae tota nostra est, de Seminario tractationem, bona cum venia vestra, Auditores, ingredimur. Quanquam, si, quod est, fateri velimus; ne hic quidem locus usque eo noster est, ut maxima vacare utilitate rei publicae putandus sit. amor enim studiumque Seminarii, ipse amor erat Ecclesiae suae, amor Civitatis, amor pagorum, amor omnium ordinum, atque adeo populi universi. Nam utrum cui usui Aversanae rei, cui ornamento ac saluti, tot annos privatim publiceque hoc Collegium fuerit, aliorum ea consideratio ac judicium esto. id nos unum affirmare possumus & debemus, in ejusmodi formandae juventutis fodalitiis maximum ad Ecclesiasticam disciplinam, sive sartam tectamque tuendam, sive amplifican-

candam, a Sanctis Patribus Sacrisque Conciliis momentum constitutum; atque id ipsum & spectasse semper **CARDINALEM CARACCIOLVM**, & diligentissime contendisse. Itaque cum primum Aversam tetigit, coepit illico de Seminario, quod & frequentia & cultu fere nullo offenderat, augendo atque excolendo cogitare: ut non hic novam aliquam ejus rei curam cogitationemque suscepisse illum, sed velut divino quodam numine instinctum, jamdudum susceptam animoque imbibitam attulisse, facile appareret. Quare cum salutari lege cavisset, ne cui deinceps ad Sacerdotium, nisi in Seminario versato atque subacto, pateret aditus; adolescentium numero est satis superque prospectum: ut cum vix antea viginti capita; ad centum brevi tempore censemrentur. Tum informationem eruditionemque alumnorum aggressus, non ante conquievit, quam impensis maximis studiisque incensissimis effecisset, ne quidquam vel ad humanitatem cultumque litterarum, vel ad severiorum sacratiorumque rationem studiorum requirerent cuius enim artis facultatem domi non suppetere cognovisset, eam foris quacunque conditione conquirendam sibi, atque adsciscendam existimavit. Verum non illius major in adducendis litteris ardor fuit ac largitas, quam in fovendis promovendisque diligentia atque contentio. Quid enim sibi reliqui fecit eorum, quae excitandae acuendaque adolescentium industriae viderentur profutura? quam multis, quam vehementer amorem urgebat litterarum? quantas spes proponebat commodorum; illorum, quos doctrinae caussa satis ornasset, exitu confirmatas? quam crebro, quam serio praeceptrores de auditorum numero, sollertia, profectuque interrogabat? quam impense ad sedulitatem hortabatur, ipsos jam sua sponte, suaque fide satis excitatos? Quid, quod ipsem et a tanta curarum varietate distractus, frequens ad nos ventitabat, obibat ludos, studiorum rationem reposcebat; atque adeo repuerascere quodammodo tanta amplitudo, tantaque gravitas minime gravabatur? annoque venten-

tente , ne quid ad cessantes incitandoS praetermissum vide-  
 retur , universis veluti ad calculos vocatis , quas quisque  
 fecisset in re litteraria progressiones , diligenti examine ex-  
 plorabat : rem per se vigiliarum , laborisque & satietatis ple-  
 nam ; sed quam faciebat amor in nos illius , profectusque no-  
 stri ardens studium non tolerabilem tantum , sed perjucun-  
 dam . Ad haec , quoniam lux ipsa hominum magnos subji-  
 cit , praesertim juventuti , ad operam atque gloriam stimulos ,  
 dicendi agendique publice exercitationes urgebat maxime ,  
 laudandis plerunque Coelitibus institutas ; ut una in re alu-  
 mni sui , & pietatis exemplum haberent , & industriae incita-  
 mentum . tum vero cerneret Purpuratum Antistitem be-  
 nignitate inaudita agendas cuique partes imponere ; labo-  
 rare , ne quid forte rude , ne quid inconcinnum effundere-  
 tur ; pericitari , instare , experiri omnia ; nunquam alias ,  
 quam cum curasset ista diligentissime , laetiorem . Ad sum-  
 mam , is in Seminarii hujus institutione doctrinae CARDI-  
 NALIS CARACCIOLO fuit , ut nemo sanus eat inficias , stu-  
 dia litterarum multos multis & temporibus & locis patro-  
 nos atque vindices habuisse , fortasse etiam majore ingenio  
 ac potestate ; sed qui voluntate , studio , contentione cum  
 INNICO CARACCIOLO comparetur , fuisse neminem . Jam ve-  
 ro cum haec eo conferrentur omnia , ut pubes sacris mune-  
 ribus mancipata , optimarum artium scientiarumque insti-  
 tutis augeretur ; sane quidem pietatis , innocentiae , reli-  
 gionisque , ut dignitas erat & moles major , sic longe acrior  
 illum cura & solicitude tenuit semper , ac stimulavit . Quo-  
 circa , ut alumnos suos non ad rudem quandam & vulga-  
 rem , sed ad praeclaram , dignamque munera amplitudine  
 formam sanctitatis effingeret ; tum sacrae meditationis quo-  
 tidiano usu , quem ita inculcabat , ut nihil supra posset ; tum  
 recta sanctaque Sacmentorum frequentia ; tum stata pio-  
 rum librorum lectione ; tum crebris ad virtutem aptisque  
 cohortationibus ; tum alia omni , quae usquam est , exercen-  
 dae pietatis , aut ingerenda ratione formare illos , excole-  
 re

re, numerisque absolvere omnibus, religiosissimus Pontifex conabatur: ea se spe una sustentans, fore aliquando, ut hand indigni viderentur, quibus Ecclesia apud Deum sequestris, populus Christianus ducibus ac magistris, Deus ipse administris atque vicariis uteretur. Ad haec quotidiana atque domestica illa etiam accedebant adjumenta virtutis, quae a spiritualibus, quae vocantur Exercitiis plurima atque maxima proficiscuntur. illa enim bis in singulos annos, & obire adolescentes omnes singulari diligentia & studio jubebat; & ipse plerunque praesentia convictuque suo, majorem faciebat rei gravissimae gravitatem: ut quicunque magnum aliquid conari in via Domini voluisse (velle autem conarie debemus universi) nihil sibi aut ad rerum divinarum cognitionem, aut ad studium exercitationemque virtutum deesse, jure ac merito fateretur. Cumque tot salutaribus praesidiis vallatos, in hominum probatissimum curam tutelamque tradidisset, atque eorum in fide tanto posset conquiescere; ecquando erat ut oculos ipse suos inde dejiceret? ut indormiret? ut quidquam remitteret. curae contentionisque? timere omnia, perquirere, circumspectare veluti ex specula; num ex praescripto omnia, num recte atque ordine; num pudoris, num gravitatis, num religionis satis. cumque aliquid praeterquam optaret, aliquando forte accepisset, prope erat, ut moerore animi luctuque perimeretur. Videlicet intelligebat sapientissimus Praeful, spem reliquae vitae omnem, sere ex una ineuntis aetatis conformatioe pendere. Verum etsi magna sane sint haec, atque ad momenta rerum, gravissima illius argumenta caritatis; nihil est tamen aut ad speciem praeclarius, aut ad sensum amoris cumulatius, aut commendatius ad posteritatis memoriam, quam harum aedium muta praedicatio. Has enim dum aspiramus, dum colimus, dum perficiemus, illa nobis grata semper, nunc acerba etiam recordatio in mente versatur; quam ferret moleste Parens studiosissimus, ob veteris illius

illius Seminarii squalorem , angustiam , atque a Cathedrali Aede distantiam, incommodius cum alumnis suis agi; quam amanter consilium inierit alterius excitandi ; qua magnificientia , qua laxitate sit aggressus ; qua alacritate prosecutus; qua benevolentia modo nostrorum commodorum praeciperet gaudia , modo ad effectum festinans operis , tarditatem temporis accusaret ; quo demum ardore pene impotenti velis remisque , ut ajunt , contendens , eo duxerit , ut , quod in praesentia , satis commodo usui esse posset . Augebatque tum id maxime tantae beneficentiae gratiam , quod vidéremus , etsi aedes ipsae suae neque amplam neque honestam satis habitationem praestarent , nunquam illum de iis instaurandis renovandisque cogitasse ; nosque ornare atque augere , quam domum suam maluisse ; tantumque amore teneri nostrum , ut cum satis nobis consuluisse , tum demum sibi ipse consultum satis arbitraretur : Cum vero tandem ille dies illuxit , quo in paratum hoc tanto nobilius domicilium , omnium ordinum atque aetatum gratulacione ac concursu , Deo Sanctaque Virgine auspice immingravimus ; tanto ille persus elatusque gaudio est , vix ut tenere se posse , renovarique ac revirescere tanta canities videretur . De his autem praestantia operis atque amplitudine , cum & ipsi cernatis , Auditores , & nulla fere sit tam longinqua natio , quo non fama illius admiratioque pervaferit , nihil a me hoc tempore audietis . at de beneficii atque amoris magnitudine id , vobis etiam , qui adestis , judicibus confirmabo : quousque tantarum aedium rudera , quousque Aversani Seminarii nomen extabit , nomen INNICI CARACCIOLI , beneficentiam , largitatem , caritatem divinam esse vieturam . Tamen inter haec tanta tamque magnifica benevolentiae argumenta , non faciam ut alias omittam significationes , ad speciem multo minores , ad amoris testationem fortasse etiam ampliores . Quam enim jucundum Parenti optimo erat saepe alumnos suos invisere , ceu copiolas quasdam sacras recensere atque lustrare , affa-

ri benigne, complecti, fovere: quod eos cum aspiceret, spem  
 sibi gregis sui, populique universi aspicere videbatur! quam  
 frequenter munuscula illis, quamque benevole de sua quo-  
 que mensa mittebat! qua voluptate, bene atque honorifice  
 de illis audiebat! Sane nullus ad eum facilior aditus, nulla  
 ineundae gratiae erat ratio expeditior, quam Seminarii hu-  
 jus grata sub ingressum mentio interjecta. Quibus omnibus  
 in eam ipse opinionem adducor, ut statuam, nullum un-  
 quam patrem majore in liberos suos indulgentia & caritate,  
 quam in nos **CARDINALIS CARACCIOVS** foret, existisse.  
 Sed jam ad exitum vitae illius & orationis meae festinanti  
 mihi tantus benevolentiae veluti cumulus occurrit, ut ipsa  
 recordatione commoveri me sentiam maxime, & vix sine  
 lacrimis, quod reliquum est, conari me posse confidam.  
 Christianae reipublicae tempora quartum jam mensem or-  
 bitate luquaque, ac motu magnarum rerum contabescen-  
 tis, curam illi & religionem injecerant, ut quanquam senio  
 atque adversa valetudine, vix tectis parietibusque circum-  
 septus vitam se posse tenere intelligebat; longum tamen  
 iter suscipiendum sibi, ac vel extremo spiritu, si quam Ro-  
 ma opem ferre Ecclesiae posset, experiendum esse judica-  
 ret. Nimirum id agebatur, ut qui omnem antea etae vitae  
 rationem ad Dei sui obsequium salutemque Ecclesiae con-  
 tulisset, animam quoque ipsam & spiritum, pro Ecclesiae  
 otio atque incolumitate conferret: cumque sibi grata sem-  
 per alias, atque optatissima mors visa esset accidere; tan-  
 dem longe ab domo, ab sponsa, natisque suis occumbens,  
 esset aliquid ad patientiae cumulum, cur in ipsa morte non  
 mediocriter indoleret. neque id ipse non omnino sentiebat.  
 Quare cum jam profectionem apparasset, de ea re cui stu-  
 debat maxime, maxime solitus; quamvis Seminarii admi-  
 nistros ad partes suas, fidem assiduitatemque esset hortau-  
 tus; seque, ut corpore abesset, spiritu semper ad futurum  
 confirmasset; tamen flagrantissimae caritatis, planeque il-  
 lius, illius, inquam, suae impulsu, **Capitulum Cathedralis**  
**Eccle-**

Ecclesiae , quod amabat faciebatque plurimi , arcessi jubet ; agitque cum illis ita , ut ejus oratio omen fati videretur : Se ad ferendas laboranti Ecclesiae suppetias , qua posset , virium imbecillitate vocari : quicunque ejus profectionis exitus esset futurus , de se minime laborare ; in Domini sanctissimam voluntatem seque & sua omnia conjecisse : illa se cura angi una atque torqueri , ne quid ex morte sua in Seminarium hoc detrimenti redundaret . proinde pro sua in illos caritate orare etiam atque etiam singulos , ut si quid sibi Romae humanitus accidisset , Seminarium pro suo quisque studio amplecteretur ; ac ne quis novarum rerum motus illius constitutioni incommodaret , quo usque sibi foret in Episcopatu successum , ipso , quo constabat , rerum partiumque temperamento , paterentur esse . Superi immortales , in omnem aeternitatem desiderandum Episcopum ! dices Parentis amantissimi animam vitamque , in unius Seminarii incolumitate consistere . Eo autem ipso , quo profectus est , memorando funestoque die , postquam sacris in Lauretanæ Virginis cella operatus , seque Ecclesiamque suam Coelitibus templi turbisque praesidiibus impensissime commendasset , recta ad nos contendit , vale (quod futurum esset extrellum ) alumnis suis , atque his aedibus dicturus . Hic se comparat , mutat vestes . tum haerere , cunctari , restitare . divelli ipse ab se se , ac distrahi videbatur . Tandem vocante atque urgente Numine , se dat in viam ; secum & nostros maxime , & urbis etiam universae animos , studia , excursationes , & lacrimas ablaturus ; quae insolito quodam , planaque divino instinctu excita , ceu dolorem futuri desiderii praesentiret , sedibus moveri suis , Parentemque abscedenterem , atque amores suos sequi , si natura pateretur , cupere videbatur . Rómae autem cum diutius quam sperarat , Pontificis elec̄io esset extraēta ; dum ipse Aversam suam vel adverso anni tempore , vel valetudine cogitans , alia atque alia causa distinetur ; repente in gravem acerbumque morbum implicatur , quo sibi intelligit esse pereundum . Atqui ,

bone Deus , hunc in locum mea me tandem conjecit oratio ?  
 Parcię saltem hic animo , dolorique meo , Auditores ; tan-  
 taeque acerbitalis finite me nullam omnino partem, praeter-  
 quam benevolentiae in nos illius postremas suavissimasque  
 testationes , attingere . Subdit enimvero aegrotanti amor  
 curarum ignes ac stimulos . Etsi provisum satis superque  
 Seminario foret ; nihilque hic esset , quod ab hominibus &  
 memoriae nominisque ipsius observantissimis , & in nos opti-  
 me animatis timeretur ; tamen , quod est amoris ingenium ,  
 ut omnia timeat & satisfacere sibi ipse non possit , san-  
 ctiori imperio rem omnem firmari optat , & graviore aucto-  
 ritate vinciri . Mittit , qui verbis suis Pontificem Maximum  
 roget , ut pro divina clementia benignitateque sua , id mor-  
 ribundo sibi , extremi beneficli atque solatii loco attribuat ,  
 ut ne gravetur , voluntatis suae religione interposita , Aver-  
 fani Seminarii otium , incolumitatem , statumque , & , quam  
 vocabat ipse , harmoniam tueri ac confirmare . quod cum  
 Summus Pontifex tantam miratus patriam caritatem , liben-  
 ter facturum se benignissime promisisset ; tum vero ille hac  
 una spe , ceu majore rerum suarum parte in tuto posita , ab-  
 sentiam suam , ut poterat , consolatus ; venia , si quid in se  
 unquam (hem Aversanorum vitam, atque delicium!) si quid ,  
 inquam , in se offendissent , ab Ecclesia hac sua , a Civitate  
 reque publica , & vero ab Seminario suo , quod identidem  
 inclamabat , semel atque iterum magna cum vi lacrima-  
 rum petita , constanter pieque pro sua sanctimonia cessit e  
 vita . O virum omnium saeculorum praedicatione dignissi-  
 mum ! o benevolentiam singularem ! o divinam atque in-  
 credibilem caritatem ! Ecquae temporis longinquitas , IN-  
 NICE C A R A C C I O L E , unquam efficiet , ut tantorum  
 in nos promeritorum memoria atque gratia ex , his ani-  
 mis , ex his visceribus evellatur , intercidat , conseneat ?  
 Ecquam in parteni conjicere oculorum aciem mentisque  
 possimus , ubi non amor caritasque occurrat tua , clarissimis  
 aeternisque consignata beneficentiae monumentis ? Profecto  
 et si

etsi nullum omnino in tot tantisque vel excitatis , vel in-  
 stauratis operibus gentilitium insigne a te ( quod plerique  
 faciunt ) ad memoriae commendationem afflictum aspici-  
 mus ; nulla tamen futura est tam ingrata posteritas , quae  
 non tuorum immortalium beneficiorum memoriam ample-  
 etatur , ac foveat recordatione sempiterna ; quaeque de tuis  
 laudibus , de tuis virtutibus conticebat . itaque praedica-  
 bunt atque praeseruent . Seminarium hoc atque Aver-  
 sanam rem omnem multa quidem multis Pontificibus suis ,  
**CARDINALI** autem CARACCIOLI debere universa . Quae  
 cum ita sint , danda videlicet opera est , ut tantae benignita-  
 tis gratiam aliquam & habuissē nos , & retulisse videamur .  
 Neque vero aliam ille remunerationem henevolentiae  
 suae , officiorumque vicissitudinem postulat , quam quae  
 amore digna sit suo , vobisque maxime salutaris . nem-  
 pe ut beneficiorum suorum fructum amplissimum capia-  
 tis : ut tantorum , quae vobis fruenda reliquit , opportu-  
 nitate commodorum , ad industriam cultumque animi , ad  
 pietatem , ad sapientiam utamini diligenter . Ejus porro  
 orationem , qua vobiscum agit peramanter ille quidem ac  
 patrie , exaudire video . Ego vero , inquit , & vitae re-  
 liquae meae , & studii erga vos tanti , fructum divina largi-  
 tate uberrimum consecutus sum ; neque mea , ulla aut vi  
 labefactari , aut injuria violari felicitas potest . vestri vos gra-  
 tia hortor , oro , obtestorque , *filii suavissimi , flos mei hono-  
 ris & fructus laboris , gaudium & corona mea* ; ne tot an-  
 norum vigilias , curas , labores ; tantos etiam sumtus atque  
 impendia , quanta ipsi nostis , nec exprobranda apud memo-  
 res sunt , incuria inertiaque vestra ad irritum recidere patia-  
 mini . Praesto sunt omnia & superant ad pietatem animi  
 egregiam , praeclaramque institutionem doctrinae ; modo  
 una , quae reliqua est , quamque vestri a vobis ordinis ratio  
 flagitat , accedat industria . date hoc indulgentiae adver-  
 sum vos meae ; date hoc ingenuitati vestrae ; date commo-  
 do , date dignitati , date spei hominum atque exspectationi .

Noli-

Nolite mihi tantum dolorem inuicere, ut & Seminarii redam  
 sanctamque, quae mihi est antiquissima tantique stetit, di-  
 sciplinam labefactatam per vos atque abjectam ; & vos  
 ipsos, qui filiorum apud me numero semper, & amore fuitis,  
 gravissimas ignaviae socordiaeque poenas vindici Deo dan-  
 tes aspiciam . Polliceor atque recipio , industriae opera eque  
 vestrae & amplum istic ab rerum aequissimis moderatoribus,  
 & perenne hic inter superos cumulatiusque a largissimo  
 Numine praemium exstiturum . Haec ille . At per Deum  
 immortalem , oro vos majorem in modum , Adolescentes;  
 providete, ne, ut INNICO CARACCIOLO tanta vobis beneficia  
 atque adjumenta comparasse , amplum est atque pulcherri-  
 num ; ita vobis sit turpisimum , tueri illa atque in rem ve-  
 stram conferre nescivisse . quin contra eos deinceps & reli-  
 gionis & sapientiae studio praebete vos , ut & mortalibus  
 universis , & vero iis , si qui forte fuerunt , quibus nimius  
 CARDINALIS CARACCIOLI in vos amor videbatur , probare  
 possitis , haud indignos fuisse , de quorum commodis atque  
 ornamentis , summa amplitudine , laude , ac virtute Pon-  
 tifex , ad extremum usque spiritum tanto opere laborarit .



HENDE:

## HENDECASYLLABI.

Longam, ne pigeat, vijam, Camoenae,  
 Quamvis & lacrimis & orbitate  
 Multa languidulae satisque tristes,  
 Quando dux amor est comesque, inite.  
 Nempe Vrbs, qua sedet, atque laetus Orbi  
 Dat CLEMENS sacra jura laetiori,  
 Et Tybris pater, & quae in astra motes  
 Augusti Capitolii minatur,  
 Viſenda eſt. Age ſultis, o Camoenae:  
 Dux eſt languidulis amor, comesque.  
 Neu vos iſto habitu impolitiore,  
 Qualis tempora non amica, qualis  
 Fortunam Domini decet, Quiritum  
 Conſpectum pudeat bene elegantem,  
 Et ſupercilium ſubire triste.  
 Fortaffis veniam dabunt dolori:  
 Fortaffis veniam dabunt amori.  
 Ergo quo jacet INNICVS ſepulcro,  
 Heu! nobis INICVS decaſus, voluptas,  
 Nunc deſiderium gravesque curae,  
 O perrumpite. nulla ſunt amanti  
 Septa impervia; nil ſat uſque clauſum.  
 Hic ſacro cinerique Manibusque  
 Longaevi Patris impotens fuorum  
 Gnatorum ſtudium, atque lacrimarum  
 Imbri turgidulos perenni ocellos  
 Narrate. haud venietis insuavis  
 Olli nuntius: haud pigebit alto  
 Forte his vocibus obſtrepi ſopori.  
 Quin triste officium piuque noſcens  
 Natorum, lacrimis & irrigari  
 Gaudebit ſenior, ſuaviusque,

Aeter


Aeternum repetet subinde somnum.  
 Postquam talia rite seduloque  
 Nostrae faxitis imperata musae;  
 Ne abducat tumulo & trahat, cavete,  
 Vos Vrbis decor ipse, caritatis  
 Telluris patriae. illa, quae coerget  
 Patrem, vos quoque tristis urna claudat,  
 Et vos fata eadem manento. Nostri  
 Illius cinerique Manibusque  
 Jucundi satis & satis suaves  
 Testes perpetui manete amoris.



## EPIGRAMMA.



**S**entit ut extinctum Phoebus, quo sospite terris  
 Aversa exstiterat laetior una, Patrem;  
 Imperat acciri quot habent Helicona sorores  
 Dignatas mensae, ac fontis honore sui.  
 Atque ait: ingentem, & vestris fors obtulit aequam  
 Materiam studiis: INNICVS occubuit.  
 Jam veteres curas, suetosque auferte labores;  
 Et longum fileant grex, amor, arva, duces.  
 Quaeque suas ferat in medium cum viribus artes;  
 Dicat & Heroem carmine quaeque suo.  
 Neu opus id pigeat noctesque urgere diesque:  
 Hunc aequasse unum sat mihi laudis erit.



D

ODE



**Q**UA Liris vitreo defluit a<sup>vo</sup>o,  
Et praebet liquidam per vada semitam.  
Confectus senio venerat INNICVS  
Sacrae gloria Purpurac.

Jam transire scupha flumina coepera,  
Vultum fluctivagus cum Deus exserens  
Lymphis, atque animis numine praesciis.  
Funestum canere incipit.

Adversa properas, magnanime, alite  
Romam, Heros; redditus & sine spe. Patrem  
Postquam Romuleum legeris, INNICE,

Septem qui nova collibus,  
Atque addet Tyberi lumina, concides  
Extinctus: pietas nec Lachesim, aut fides,  
Non peccus gravidum religionibus,  
Non virtus remorabitur.

Verum ecquae tibi mors inferat invida  
Damna? ad sidereas quin Deus evocans  
Arces, Coelicolum sedibus inferet

Jamdudum tibi debit is.

Ast Aversa tui (pro lacrimabilis!).

Leti sola tamen vulnera sentiet.

Ecquando haec similem repperiet tui,

Vni qui tibi es INNICE

Par? Hinc moesta tuo funere perlinet  
Aeternum lacrimis ora calentibus;

Vlo nec poterunt tristia vulnera

Ovduci medicamine.

At

*At tu quadrijugis veste jugalibus ,  
 Postquam compositus pace quieveris ,  
 Adverte hoc bonus , adisque faventior  
 Aversae precibus tuae ,  
 Votorumque ream fac tibi fissier .  
 Vdus praecinuit talia ubi Deus ,  
 Suspirans silet , & coeruleum caput  
 Imis fluctibus obruit .*






Λ Εγ' ἐρασμίη Πέλενα  
 Τι ἀρήσυχος πέτασαι,  
 Αὐτέρας τε τισθ' αἰσθάνεται  
 Λιγυρὴν διδούσα οἴμην;  
 Αὖτε νῦν με δῆ τεταθεὶς  
 Μάλ' ἀρήσυχος τυχοῖσαν  
 Οὕτις δέ δόται καθίζει  
 Επὶ δένδρεστι φιλίσσοις,  
 Εὐνὶ σῖσις εἴωθα τρφῆν.  
 Καλὰ φύλλα δενδρέων γάρ  
 (Α' τὸ δώματος μοι πάρερχον;  
 Α' δεῖς όπου γένουμαι  
 Τὸ μεν ἀγρίων Θυέλλων  
 Τὸ δε καρπερῆς Θερεύης)  
 Επεσον τάχ' οἵτινων.  
 Τίνος εἴνεκεν οἵτινα πτον;  
 Ο' πατήρ μέγας θεῶν τε,  
 Μερότων τ' ἀπεισέρησεν  
 Δεῦνα ἀξίας κομψῶν.  
 Εκάρεγος ήδ' Αἴσθόλλων  
 Φειδία πεισέρησε δάφνην.  
 Επὶ τοῖς δε τ' αὐτὸς πράξαν  
 Θεοὶ ἄλλοι ἀλγέοντες  
 Εἰς δένδρα γυμνίεοντες.  
 Σκέδαστὴ δ' αἴσθανται ταῦτα  
 Επὶ Θύμβῳ INNIKOΙΟ.  
 Χάριτες δ' ἔπειτα ἔντον,  
 Αἴρεται δ' οἵμοις αἴσθασαι

KFO-

Κροτάφοισιν & Θαλείς  
 Στεφάνης σωματιόσασι.  
 Αὐτὰρ ὥπα ταυτίασι  
 Κεκαλυμμέναι μελαίνης  
 Δακρύεοσιν τὸν Θαρόντος  
 Αὐνέκλαιον INNIKOIO;  
 Χαείτων ὡς ἦτο τέρψις,  
 Αρέτων τὸν ἔχεις μέλημα.  
 Τύγη ἐτεῖ ἔχεις ἀπόδυτα,  
 Αὔγε μή με δῆ πέτασθ.



## SONETTO.



**L**A nera insegn'a, e l'empia falce e ria  
Contro l'inclito Eroe più volte strinse:  
Più volte a lo spietato atto s'accinse  
Coley, che tronca ogni speranza in via.

Ne vedendo l'effetto che credia,  
Questi, disse, qual piastra o maglia cinsè?  
O ch' ei lo suo mortal depose e scinse;  
O che questa non è la falce mia.

Quindi da rabbia e da dispetto vinta  
Riprese il ferro, e raddoppiò le forze:  
Sì, che al fin l'avversario a terra giò.

Poi disse: or pago è appieno il desir mio.  
Non fia che in altri questa falce io sfiorze;  
Che di sangue miglior non farà tinta.



ELE-

## E L E G I A.




**I**licet occidimus fatali ex vulnere Patris,  
 Et nos atque INICVM perdidit una dies.  
**I**lle erat, ille suis quondam lux, vita, salusque;  
 Dum facilis fuit ad publica vota Deus.  
**N**unc, postquam extremo placidissima lumina somno  
 Clausit, lux nobis, vita salusque perit.  
**O** utinam, cum Romanam properabat ad urbem,  
 Lecturus summa qui praecit arce Patrem,  
 Haec pertentasset nostram praesensio mentem;  
 Nostremusque atram jam properare diem.  
**S**cilicet is nostris non discessisset ab oris;  
 Et longum senior non peragrasset iter.  
**N**atorum effusae lacrimaeque precesque suorum  
 Pectora flexissent irrequieta Patris.  
**Q**uis tamen heu! fatum videat sortemque futuram?  
 Vivimus hac omnes conditione homines:  
**P**lurima nescimus: positum dum scindimus aequor,  
 Alta repente cadens obruit unda caput.  
**A**t nisi fata olim, si mens non laeva fuisset;  
 Proxima debebat funera nosse Patris.  
**D**ifficili ex tardoque abitu ad tua moenia, Roma,  
 (Dum restat senior fertque refertque viam)  
**N**escio quid poterat mens praesentiscere; & alto  
 Cernere quae suberat facies procella mari.  
**N**anque ubi nos tandem, rebus jam rite paratis,  
 Invisit, vultu dissimulante metum,  
**I**NNICVS, excipiens dulces sua pignora natos,  
 Unde sibi sensus convalluere sui,

O,

O, ait, o vitae, o patrii pars maxima cordis,  
 Debeo jam longae damna subire viae.  
 Non iter exanimat; non quod sim fractus inertis.  
 Jam senio; non quod mors inimica premit.  
 Vixi, quem dederunt cursum milia fata, secutus:  
 Nec mea, quae superest, vita futura mea est.  
 Quo res cunque vocat me publica, deferor illuc:  
 Seu vitam, seu jam saeviat hora rogi.  
 Ibo. stat hoc gravibus caput objectare periculis;  
 Et rerum extremo hoc tempore velle mori.  
 Ibo. sed hic melior, dulcissima pignora, restat  
 Pars, ullos unquam non aditura locos.  
 Vosque mei memores sic vivite, pectore nunquam  
 Ut mea, quaecunque est, dulcis imago cadat.  
 Talia dicebat, cum nuntiat unus & alter  
 Ire horam, certae quae foret apta viae.  
 Ille querens solem citius properare, quid urges?  
 Inquit; quid natis distracthor ipse meis?  
 Me sine me potius longum hoc insistere coge,  
 Quod nunc instat iter. coge: dolebo minus.  
 Quid ficeret? Romam superique hominesque vocabant:  
 Natorum hic dulcis sed retinebat amor.  
 Saepe subit limen: limen sed detinet ipsum,  
 Pergentique facit pes sibi tardus eat.  
 Saepe, vale die lo, rursus revocatur ad eosdem,  
 Qui adstamus, madidas imbre rigante genas.  
 Qualis moesta Parens extremo proxima somno,  
 Ultima cum vergit non redditura dies,  
 Ante suum natam sifit moribunda cubile,  
 Natam laetitiam deliciumque suum:  
 Hanc dulci tenet alloquio, longumque moratur,  
 Dum spectat lacrimis humida facta suis:  
 Saepe eadem repetit; dicitque novissima verba,  
 Extremos morbo praepediente sonos:

Colli-

Colligit hinc animam, sed vissimaque oscula fit,  
 Atque ait: hoc matris pignus amoris habe:  
 Non aliter nostris cessurus sedibus ille  
 Indolet, & natis nescit abiit suis.  
 Vicinos obitus INICI factaque supremum  
 Haec portendebant signa habitura fidem.  
 Signa habitura fidem, nisi dulcia somnia amantes  
 Finxisse assueti quo sua donna levent,  
 Suaderent sibi quae cupiunt; asternaque cuncta  
 Sperarent, namquam quae peritura volunt.  
 Nunc nostris INICVS periit semotus ab oris;  
 Solvere nec cineri debita justa vacat.  
 At, nisi justa vacat, lacrimas & carmina certe  
 Jure damus, studium testificata Ratriis.  
 Haec quicunque leget Patremque agnoscat in iisdem;  
 Naturum & lacrimas officiumque leget.



## E P I G R A M M A.

35  
36

**S**aepe suis INICVM petuit mors effera telis,  
Tela tamen vidit fracta jacere solo.

Vix etenim manibus visa est tradare pharetram,  
Sollicitat precibus cum pia turba Deum.

Et tanto Coelum obtundit clamore, saluti  
Is superum donec restituatur ope.

Cum facinus scelerata novum meditatur, & absens  
Aversa, dixit, concidet ille sua.

Arcessitque sibi dum maxima Roma, supremum  
Quo legat in toto qui praeceps orbe Patrem;

Opportune, inquit: quis nunc defendat ab arcu  
Letifero? precibus num ferat ullus opem?

Arripit & pharetram, telum contorquet, & altum  
Percutit, atque ibi saucius ille cadit.

Scilicet hac una poterat ratione nocere,  
Non aliter, pravis ni nocitura dolis.



ODE



**Q**uis numen flavissimum,  
 Quis lenes animos deneget aequori?  
**R**adebat placidus viam,  
 Laetus divitiis, quas premit aboreo,  
 Laetusque hinc opibus maris  
 Tyrrheni, uberis hinc ruris honoribus;  
**V**no sed mage laetior  
 (\*) Liternus Domino; factus Es amnium  
 Unus nobilium. Dabat  
 Jucundas animis sollicitis vices  
 Curarumque levamina,  
 Et largam propriis muneribus dopen.  
**Q**uin Tethyn quoque juverat  
 In vicina salis regna tamentia  
 Partem adscifere gurgitum,  
 Misericorde sinis Es fluidas opes.  
 At vix fama volueribus  
 Pennis lapsa venit nuntia funeris  
 Infandi; haud mora cum exitus,  
 Turbatisque caput fluctibus exferens,  
 Immanem senior sui  
 Jacturam Domini sentit, Es irritis  
 Deflendam lacrimis necem.  
 Hinc latus modico vulnus agmine  
**J**am ripis brevior suis,  
 Et languere situ coeruleum pecus.

E. 2

Jam

---

(\*) vulgo lago o fiume dt Patria, qui Aversani Episcopi censu continetur.

36

Jam non uda cubilia  
Delectant fulicas; triste sonat niger  
Toto exercitus aethere,  
Non postremum alias delicium loci.  
Haec inter subit ostio  
Liternus residu flumine, qua solez  
Illabi pelago: Pater  
At sensit vitrei protinus aquoris  
Rauco, regna sonantia,  
Pontum nescio quo marmure concitum.  
Nec tanti latuit nova  
Motus caussa deum. scilicet occidit,  
Quo se Averfa beatior  
Jactabat merito, Purpureus Parens.  
Concussusque animos gravi  
Cafu, continuo marmora miscuit  
Ex imo omnia; flutibus  
Nec mens, nec modus immane furentibus.  
Excita & liquidis simul  
Lenis Nereidum turba sedilibus,  
Et quot coeruleas domos  
Camposque uda tenent Numinæ, sentiunt.  
Tum late omnia questibus  
Implerunt maria ingentibus. audiit  
Terrarum latus ultimum,  
Qua condit radios Phoebus & exserit;  
Norvitque ac didicit Virum  
Indus dives opum, Colbus, & asperi  
Mavortis studiis Scythæ,  
Et qui, Nile, tuas divitias bibunt.  
Ac longe INNICVS, INNICVS,  
Immanes scopuli, curvaque litora,  
Terraegue, ac salis aquora,  
Et Divum omnipotens insonuit domus.

S.O.



**Q**Valor dubbia e cruda guerra accende  
 Il torvo Dio, c'ha morti e stragi a gioco;  
 E la pugna fervendo, il ferro e'l foco  
 Il campo ingombra, e vola, e fiede, e incende;

Se'l vulgo, ignoti capi, a terra stende  
 Il vincitor, caggion sol' effi; e poco  
 Il danno fia; che nuova gente il loco  
 Empie de' primi, e a l'oste il vigor rende.

Ma se ceda di Marte il Prence a i sfegni,  
 Involge i suoi l'alta rovina; e'l gelo  
 Gli ordin, l'ardire, e le speranze abbatte.

Morte, empia Morte, ancor no'l senti? il telo  
 Contr' un vibrato ah! quante stragi ha fatte!  
 Ve' quai portiam del fatal colpo i segni.





Τῇδε, ΚΑΡΑΚΚΙΟΛΟΥ τηγαλμάτε εἰσάς Ξέρε,  
Καὶ φάδι τῷ αὐτῷ κέρο θεοσάμνος.

Εἴκων ἥδι ΙΝΙΚΟΙΟ πέλεε, χλέος θύμεν ὁ κόσμος  
Ολβον δὲ πτυχοὶ, καὶ πόλις ἦτορ ἔχεε.

Πρὸς δὲ ἐλεπτο Ψυχὴν Θεὸς κλύμποιο κέρμαν.  
Ταῦτα σὺ δὴ φάμνος γέραδρος ὅλον ἔπεις. Ιδί.



### ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ.

ΙΝΝΙΚΟΣ Σταυροῖ φέρτισος, ὁδοιπόρε, κέφται  
Δόξις ιερῶν τορών τορφιφέοντε Πατρῶν.

Ωπας ὁδυρόμνος δὲ εἶπε. αἱρεταὶ γέρα πάσα  
Εὐ τύμβῳ κένται τῷδε θάψει εὐ.



ODE



O Magna quondam, dum fineret Deus ;  
 Lux & voluptas, nunc labor & gravis  
 Luctus tuorum, praepotentis  
     Sperne libens decora alta Romae.  
 Fatis sat est jam, sat Tyberi datum,  
 Quod misitus Heros funere nobili  
     Heroibus, non parva septem  
         Collibus addideris decoris  
 Momenta. Alumnis sufficiat tuis  
 Quod clavis atrox intulit Atropos ;  
     Neu tanta committas secundum  
         Damna gravet cumuletque damnum.  
 Spirante nobis si licuit minus  
 Frui Parente, atque incolumem viae  
     Longae reductum multa Natis  
         Excipere oscula dividentem ;  
 At vel peremptum atque exanimem tuis  
 Te redde. Votis usque fidelibus  
     Te Aversa, Templumque, ac frequentis  
         Mens populi studiosa poscit.  
 Age o reliquias, INNICE, jam lares  
 Notasque sedes, & Cathedram gravi  
     Moerore squalentem, atque alumnos  
         Ipse tuos placidus revisas.  
 Videlis ? an me fallit amantium  
 Jucundus error ? Jam tumulo caput,  
     Jam tollit artus, jam paratus  
         Carpere iter properatque & urget.

Prae-

40

Praesens o adsis, o columnen Rei  
Nostrae futurum, Numen & alterum  
Templis, decusque addende Divis.  
Jam video tibi signa centum  
Spirare, centum stare vaporibus  
Aras calentes. Jam Indigetem colic  
Aversa, damnatumque votis  
Quemque suo juvat esse Patri.



### EPIGRAMMA.

L<sup>et</sup> Vgeas eruptum quamvis Vrbs tota Parentem;  
Nulli es, quam nobis, INNICE, flebilior.  
Nec lacrimis lux ista modum, nec pompa datura est;  
Serus & haec faxit funera justa nepos.  
At tu, dum summo, quem calcas victor, Olympo  
Officii & laetus haec monumenta vides;  
Nempe doles nostramque vicem, nostrumque dolorem:  
Tantus adhuc patrio in pectore vivit amor.



CAN-

## C A N Z O N E,



**D**I pensier' in pensier', di riva in riva  
 Dolor mi mena, e sì m'affligge e atterra,  
 Che non v'è ormai ne piaggia, o rivo, o fonte  
 (Da che brev' urna il caro cener serra  
 Del grand'Eroe, di cui convien, ch' io scriva )  
 Che non mi sia spiacevol cosa e avversa.  
 Fuggo la gente; e se tra monte e monte  
 Cupa e riposta valle s'attraversa,  
 Ove, anche quando'l Sol più chiaro splende,  
 V' ha debil luce e incerta; io fermo in questa  
 Il passo, e qui più che mai folta e infesta  
 Nebbia d'affanni il cuor m'ingombra, e rende  
 L'alma al viver ritrosa, al morir presta.  
 Così cresce in me'l duol ne fia che cessé:  
 Tal che, s'uom mi vedesse,  
 Diria, presago de le mie rovine:  
 Questi de la sua vita è presso al fine.

F

Tu

Tu ne sei la cagion, dura ~~empia~~ Morte,  
 Che lo spietato ed invincibil arco  
 Contro l' inclito Eroe, o Dio! scoccasti.  
 Ond' ei d' onore e vera laude carco  
 Cadde : ma 'l cader suo fia che n' apporte  
 I tristi giorni, e le dogliose notti.  
 Tu per danno comun, tu n' oscurasti  
 Il nostro Sol : tu n' hai portati, e rotti  
 Spietatamente i nostri be' desiri.  
 Tu 'l nostro ben, la vita nostra hai tolta,  
 E la pace comune in guerra hai volta.  
 Sicchè non v' ha, dovunque il guardo io giri,  
 Monte, rio, poggio, selva ombrosa e folta,  
 Che non rinnovi a me la doglia acerba ;  
 Non fior, non fronda, od erba:  
 Ne mai puote recar securò schermo  
 Contra 'l dolor, selvaggio loco ed ermo.

Come giardin nel fresco Aprile, o Maggio,  
 Ove sorgan dipinti in be' colori  
 I bianchi gigli, le purpuree rose,  
 E mostrin tutti il vago seno i fiori :  
 Cui le chiar' acque, e'l grazioso raggio  
 De l' almo Sol fresco e ridente serbe :  
 Sé poi cangiato il vago ordin di cose,  
 Per saper qual sèmblante omai riserbe,  
 Lo riveggiam ne la stagione, in cui  
 Va 'l Sole all'Astro, e fa piu breve il giorno ;  
 Noi lo troviam deserto orrido intorno,  
 Che noja reca, e reca orrore altrui.  
 Sparse a terra le foglie, ond' era adorno,  
 Vediam noi rotti e conturbati quivi  
 I fonti e i freschi rivi :  
 E privo il loco intorno appar di tutti  
 I vaghi fiori, e de' leggiadri frutti.

Così,

Così , mentre il mortal terrestre velo  
 Vestì tra noi l'palma beata e bella ;  
 Che dal miglior de le sue idee superne ,  
 Da la più chiara e fiammeggiante stella  
 Trasse con sommo alto consiglio il Cielo :  
 Mentre ci resse , e ristorò quell'arti ,  
 Onde ciascuno il vero e 'l dritto scerne ,  
 Empiendo tutte le dovute parti  
 Di gran Padre e Pastor , felici summo ;  
 E andammo ancor per lo suo nome augusto  
 Dal freddo Scita al Mauritano adusto .  
 Or già turbati siam dall'imo al summo ,  
 Morte , per lo tuo stral crudele ingiusto :  
 Poichè tu n'hai reciso qui tra noi  
 Il fior de' primi Eroi :  
 E quell'antica luce inclita altera  
 Hai volto in lunga orrida notte nera .

Ma che pro ? tolto n'hai solo il suo frale ,  
 Ond' ei già scevro , la celeste chiostra  
 Adorna , e 'l bel cerchio di latte imbianca .  
 Se vuoi tu far di tua potenza mostra ,  
 E provar tua virtù quant'alto sale ,  
 Prima far ti conviene un'altra prova ,  
 Che sola forse al tuo disegno manca .  
 Riprendi l'arco , e 'l saettar rinnova ,  
 Distrucci in noi la di lui forte idea ;  
 Quell'immago cancella , che descritta  
 E' sempre innanzi a nostra mente fitta .  
 Questo far ti conviene , o Morte rea ,  
 Se vincitrice esser tu vuoi , non vitta .  
 Se ciò non puoi , che vale , e che disegna  
 L'arco , e la nera insegnà ?  
 Que' vivrà fermo in nostra mente amica ,  
 Qual ferma è in Alpe annosa quercia antica .

Prendi di Lete omai la torbid'onda,  
 E in noi la spargi , al rio disegno intenta .  
 Ciò fatto , andar potrai d' opra cotanta  
 Superba , altera , e , come vuoi , contenta .  
 Sì fia che un fosco e nero obblio confonda  
 Le gesta sue sì memorande e chiare ,  
 Onde non y' ha chi a par di lui si vanta .  
 Ma ciò non puoi , spietata Morte , fare .  
 Finchè virtute avrà sua gloria e pregio ,  
 Quelle , assai piu che in marmi , e in dotti inchiostri ,  
 In noi vivranno , e ne' nipoti nostri .  
 Sempre vivrà l' invitto animo egregio ;  
 Sì , che col tempo e' ne contendà e giostri :  
 E'l nome suo fia che si stenda e vole .  
 Oltre le vie del Sole .  
 Tu ti consuma intanto : ardi di sfegno :  
 Che non hai signoria fuor del tuo regno .

Non è già suo ; ma tutto il danno è nostro ;  
 Morte , se ci togliesti il caro volto .  
 Ma che diss' io ? ne pur potuto hai torre  
 A noi le note , amiche forme . or sciolto  
 Ancor del greve incarco , ei si fa mostro  
 Tutto dì a noi . egli ci cura ancora .  
 Egli ci gira intorno , ed egli accorre  
 Ove bisogna : or prega , ed or rincora .  
 Io lo sò , che non mai suo dolce obblio  
 Porta il sonno a quest' occhi , che 'l sembiante  
 Del Padre mio non mi si pare innante .  
 Caro figliuol , dic' ei , non creder , ch' io  
 Più non stia teco , come stava avante .  
 Io vivo , e vivrò sempre ; e i figli miei  
 Amo , siccome sei  
 Quand' era al mondo . Voi già foste pria ,  
 E voi sarete ancor la cura mia .

Vegg\*


45

Vegg' io da l'alto Cielo, ov' ora seggo;  
L'opere vostre, il cammin dubbio, incerto  
Per la nera del mondo orrida valle,  
Ove il bene è nascoso, il danno è aperto.  
Gli accorti figli, i neghittosi io veggo.  
Veggo quei, ch'a ben far son lenti, o presti:  
Chi torto segna, e chi diritto calle.  
Io quelli sgrido, ed io n'affido questi.  
Altri esorto, altri prego, altri minaccio:  
E quando manca la dovuta luce,  
Io sono allor la vostra scorta e'l duce.  
Sudate o figli: il mio potente braccio  
Sarà sempre con voi. Indi riluce  
Nel volto tal, che, me da me diviso,  
Par che stia 'n Paradiso.  
Ciò ch'è uopo, mi spiega a parte a parte:  
Mi guarda poi con lieto viso, e parte.

Sicchè in van tesò hai l'arco, in van scoccato,  
Dura empia Morte: ora a te stessa incresci.  
INNICO vive, e vivrà sempre: or sgombra  
Quinci, e pe'l duolo e Cielo e Terra mesci.  
Egli ora gode un piu felice stato,  
Unito al primo Amore, onde partissi:  
Ivi non giugne mai o nube, od ombra;  
Ne i rai scolora al Sole invida eclissi.  
Ivi sedendo tra' supremi scanni,  
D'inusitata gioja ebbro e ripieno  
Godrà sempre al suo Fattore in seno.  
Qui poi, per lo girar di mesi, o d'anni,  
Non farà oscuro, o glorioso meno  
Il suo gran Nome; ma s'udrà sovente  
Tra la futura gente.  
Morte che dei tu far? torna a Cocito:  
Poichè rimaso è'l tuo pensier fallito.

Vanne

Vanne Canzon n̄e la Città Latina,  
 Ove nel sacro augusto Solio splende  
 Il gran CLEMENTE ; per cui sola intende  
 Sorger da la fatale aspra rovina ,  
 Onde si sconciamente è afflitta e doma  
 Europa , e alzar la pria temuta chioma .  
 Per quelle Chiavi , e l'onorato Manto ,  
 Che degnamente il veste , e lo circonda ;  
 Tu prega il Pastor Santo  
 A saldar nostra piaga ampia e profonda ;  
 Dando a noi Padre , che seguendo vada  
 La ben segnata e gloriosa strada .



Εἰδύλλιον.



**Ε** Γροπόκων προβάτων Ποιεμένη συριγτὰ Α' μύντας,  
 Μυκητᾶν τε βοῶν χαρίς ἐπίουρος ὁ Δάφνις  
 Τοῖς νέμεστ' ἀσταχθεντα καπωδύραντο γέροντα  
 ΘΥΡΣΙΔΑ, ἀρθρώποις πεφιλαμένον ἔξοχα πᾶσιν,  
 Τοῖς πε Θεοῖς, Οράνω οἱ ἀγλαὰ δώματα ἔχοντι·  
 Καὶ ἀλγάν μελλον, πυρφότριχος ἥδε δῆμαβος  
 Δάφνις συρίσδεν δεδαημένος, ἥδε ἀείδεν,  
 Τῷ ποτὶ Διτήριῳ (τὸ μεσαμβρινὸν ὥδε καταρρέει  
 Πραχοτάτων ὕδωρ, καλέον ποτὶ ξωδα ποτίσδεν)  
 Τῷν ἀπὸ Αἴθαράτων βάταρ, μοιδᾶν τε ακάμπτων  
 ΘΥΡΣΙΔΑ ἔξαπτε· ἀλλ' οὐκέτι μοιραι ἀκαμπτοι,  
 Οὐκέτι Αἴθαράτοι βάταρ ἐδίδοντο θαρόντα  
 ΘΥΡΣΙΝ. Αἴπερχεσθαι μακρὰς ἀμηνήμονα νύκτας  
 Γολλάκις εὗρε ἐλέφων κλαιούντα τὸν Εὐστέρος, εὗρεν  
 Φώσφορος οἵμωτδοντα τ', ατηνέα τ' Αἴρα καλεινήτα.  
 Καὶ τόκα εἰς Δίμνην ὄφοιν ἄδει τοιαῦτα.  
 Τίς τυ θεῶν βαρύμηνις ἀφίπτας εἴ τοι γαθὲ ΘΥΡΣΙ;  
 Τίς τυ καπεκρύψετκεν τόπος χθονί τῷ τρίλιτρε,  
 Τοῖς τ' Αἴδαι τόποισι, οὕτε οὐκέτι νοτος ἔνεστι;  
 Αἴματι ὅλοις ἀνόρατος ἀποίχει, ἀλγεα πολλά,  
 Θήκας· οὕτε φίλαρφ νοσῶν ἐσ πατρίδα γαῖαν.  
 Τῷ ἀπὸ ἀλλοιρίοιο τολυφλοισθοιο θαλάσσας  
 Θίνος ἐπέεχουται νῆες· μῆν νυκτὸς ἀδηλῶ  
 Αἴγνες ἐπέρχονται, δάμαλαι, καὶ πόρτιες· ἀλλὰ  
 Μέλινος ίών τυ ἀσαξ δεδρόποδος ἐπέρχειται Αἴματιν,  
 ΣΩ ΘΥΡΣΙ ιριπόθατε, ποῖς πεφιλαμένε ΘΥΡΣΙ.

Οὐ-

Οὐκέτε, ὡς πρότερον, Σύνακούσομες ἐννεαφώνῳ  
Σύρισθος, ωσδέ τοῦτο εἴσθατο ἀδόπιστος.  
Οὐκέτε ἀδὲ μέλος μῆτρα τῶντα αἵσιομες Αἴμιμες.  
Τοῖς ἐνὶ ἐσδόμεναι τὰ τῷραί οἰχοισι πεῖστιν  
Αἴδοισαι τολὺ ἀμέτεραι τὸν Μοῖσαν ἄρεσκον.  
Καὶ τοῦ ἕδως τὸ γέρας τηναίς λαυκοῖο γάλακτος  
Κρητῆρ, ἢ σκαφίδας μελιτος τλέα κηρί' ἔχοισκας.  
Ητο βαθὺ χιονίβιον, τὸ φεύγεται οὔγρος ἀκρυθός.  
Νέν πρόεμψ, πᾶσάς πε φυλάξομες σκλελαθόντα  
Εἰς Αἴδηρο Μοῖσας, ἐν οὐκέτῃ βακολιάσθεν  
Τολμασεῖμες· ὅτι τοῦ ἀποίχεας ὁ γάθε ΘΥΡΣΙ.  
Αἴμιμι δε τάν θωρά, ἐν ἀλγεα πολλὰ λέλοιπας.

Δάφνης ἐλεξέντος ὠδὴν, ἀπαμειβόμφως ἵττα Αἴμιντας  
Δάπτερος ἀντιληφθεὶς τούτην ἀνεβάλλεται ἀνεδάρι.

Αἴμιμες δ' ὡς νέοι ἄρκες Οἴτην τῷρε (οὐκα δημηθε,  
Ποικίλος οἰχομήνοιο, Λύκος, φρονέων κακὰ πολλὰ)  
Σκέτλιοις ὄρρωδειντι, τελεπλάστοντες ἀντὶ ὑλῶν,  
Αἴμιμες δράκοντασθμειμες αἵσι οὐκτα εἰς ἄμαρ  
Πλάσας δράκοντα, καὶ ἀλσεα, τὸν μακαρίτην  
ΘΥΡΣΙΔΑ ξαπειγύτες μεγαλώνυμον ἀνδρα θαυμάντα.  
Δάκρυα ἀλλ' Αἴμιμι, ἐν ἀλγεα τάντα ἐσεῖται.  
Γαθοσύνα σεν ΘΥΡΣΙ, ὀλύμπια δώματα ἐπειδὴ  
Καλὸς ἔχεις, φακάρεογιν ἐν Αἴθανάτοισι καθίσδων.  
Αλλὰ ἄντονταν μηδὲ ὅτι, τωλλάς ἵττα χειμαίρας  
Νέντι ἄγες εἰς ὅρη Βοτανώδεα, τάς πε κομάδες.  
Ἐντι γὰρ οὐρανόθι ὅτες, καὶ ἐντὶ χίμαιραι,  
Κράνοι, εἰς βοτάναι, καὶ ὥρεα τὰ σκιόεντα.

Αλλὰ ὅτις τὰς ΘΥΡΣΙ δρῶ ὄντα παντοπε ζόσκεις,  
Καὶ ποτὶ τὰς τροπέρας ανεικαλλέα σύμματα τρέψος  
ΘΥΡΣΙ ὅτις, τρέψου ποτὶ δώματα, καὶ φίλα τέκνα,  
Οὔσακις Αἴμιμιν ἄγητο ὁ ἀργυρότοξος Αἴτσόλλων  
Πιεύθιμον ἄμαρ, οὐκέτι τοῦτο τὸν διάρτασε μοῖρα,  
Μοῖρα νεμεοյατὰ, μοῖρα θυματοῖσις ἀπεχθῆς,  
Ταρίχεις ἀγείροντες βότας αντὶ τηλέα τίμβον,  
Στεψεῖμες σεφδύοισι καλοῖσι, εἰς ἄνθεσι πολλοῖσι.

T. 5

Τῷ δε θέρη Θέμιβῳ τῷτε απείσομες· ἡ γάλα λακοὺν,  
Χάδομες ἡ γλυκεροῦ σῖνα δέως ἀμφικύτελλον·

Τοῖσι γδ̄ οἱ βῶται, οἱ ποιμῆνες, φωστόλοι ἐνθα  
Πᾶντα πετιμῶμες, καὶ ἄλλα τὰ θέα σόργου.

Ωτὸς οἱ Παῖδες ἄδσδρ· ὁ δὲ Εὐστέρος βύθος ἀνελθὼν  
Πᾶσεν σύειγασ, καὶ στρατα ἀντιβοῶντα.



## C H R Y S I S.

## E C L O G A.



Tityrus, & Lycidas Pastores.

**E**st nemus antiquum cerris & quercubus horrens,  
Praesenti Angelico (\*) dicunt quod numine sacrum,  
Haud procul Aversa distans, mediumque pererrat  
Tramite non rebo Clanius lenissimus amnis.  
At Philomela loquax, & rauco gutture turtur,  
Ac merulae argutis late omnia questibus implent.  
Quin & silvestri Pastores carmine musam,  
Dum tondent virgulta caprae, modulantur; at inflant  
Saepe leves alii, sonitu variante, cicutas.  
Tityrus heic septis lascivas forte capellas  
Pastum educebat vitrei prope fluminis undas;  
Purpureusque licet resplendeat aethere Phoebus,  
Exhilarentque animos vocali murmure frondes;  
Tristis at ille premit vesanum corde dolorem,  
Demissusque oculos suspiria pectora dicit.  
Interea Lycidam, simul atque supervenit Vrbe,  
Alloquitur, multa illa querens, ac talibus infit.  
Tit. Serus ades Lycida: tantus mihi pectoris imo,  
Ex quo abes, insedit moeror torfitque, pararim  
Ut Clani mediis praeceps immergier undis  
Desperans, caput hoc duro vel frangere saxo;  
Nanque aberas unus qui solarere jacentem.

Lyc.

(\*) vulgo bosco di Sant' Arcangelo.

**Lyc.** *Omnia salva satis video : pascuntur & errant  
Per nemus omne caprae, luduntque in gramine vaccae:  
Quas igitur pavido versas in pectore curas?*

**Tit.** *Dicam; si qua forte dolor curabitur. Hinc ut  
Cessisti, Lycida, quam dira insomnia mentem  
Turbarint, non est misero mihi dicere. Pastor  
Vespertinus oves, quas vix dispescuit herbis,  
Intro in septa mihi dum cogeret; ecce repente  
Fulguraque tonitrusque, nigra & ferrugine condi  
Sidera; tum Pastor nebula circumdatus uda  
Auferrit e medio, ac tandem vanescere in auras.  
Mox rabidis armenta lupis, boed'sque petulcos  
Discerpi, & calido turpari sanguine caulas.  
Dcim Clanius, leni qui antebac argenteus alveo  
Fluxerat, hinc foedo permistus sanguine, nigros  
Immani visus sorbere in gurgite fluetus.  
Tum centum ex agris, linguis vibrantibus, bydri  
Incumbunt fluvio, & rabies quando improba suadet,  
Corripunt pisces, vastisque in fauibus abdunt.*

*Mecum, experrectus, dum saeva insomnia volvo,  
Ecce novus timor: annoso de robore cornix  
Obstrepit, & vacuum tristi replet aera cantu.  
Heu quantum ingemui! circum praecordia sanguis  
Torpet adhuc, videorque atro nunc fulmine tangi,  
Nunc pecori innocuo exitium impendere nefandum.*

**Lyc.** *Tytire funestum falso ni interpretor omen,  
Nobilius, mihi crede, caput visa ista petebant,  
Cujus fata malis mersabunt heu quibus Vrbem!*

**Tit.** *Num quidquam nostra, Lycida, fers Vrbe sinistri?*

**Lyc.** *Eheu ne memora: miseri quid gessimus; ultro  
Quod nos tanta premat duri inclemensia fati?*

**Tit.** *Dic age, quod tantum facinus? quae numina pressant?*

**Lyc.** *Pastorum Chrysis praeclarum lumen & instar,  
Tempora cui sacro fulgebant cana galero,  
Et toto nullus fuerat quo sanctior orbe,*

Occubuit peregre hinc , caulis procul & grege . Dudum  
Nostris fama volans tulit aspera nuntia terris , haec  
Ilicet impletura suis rumoribus Urbes ;  
Jamque arguta sonant Templorum e turribus aera .

Tit. Heu nimium miseris ! en biccine triste manebat  
Exitium ? extintus crudeli funere Chrysis ?  
Pastorum Chrysis decus , & nemorum ornamentum ?  
Scilicet hoc animis oblata insomnia nocte  
Spectabant , laeva hoc signavit ab arbore cornix .

Lyc. At tu , sic quoniam voluere immittia fata ,  
Et nostras pulchro viduarunt Chrysile silvas ,  
Si qua tibi magno sunt carmina Chrysida digna ,  
Heic ubi luxuriat maturis populus uvis ,  
Incipe ; villosus pascet Galatea capellas ;  
Chrysidi nam nostrae debent sua carmina musae .

Tit. Immo age , tu Lycida praeas , quocunque vocabis  
Ipse sequar : rauco invitat nos murmure Glanis .

Lyc. Incipe luclisonum mecum , mea fistula , carmen .  
Quo rapis o me Musa ? novo quo concitus oestro  
Heu trahor in lacrimas ? postquam crudelia fata  
Abriuere sibi nostrae solatia silvae  
Chrysida , non mihi silva placet , non alba ligustra  
Floste rosae , assuetus calathis quae carpere plenis .

Tit. Tristior , alme Clani , de flutibus exsere vultum .  
Quo me Phoebe vocas ? aut quam mihi questibus aptam  
Materiam praebes ? immani funere postquam  
Occubuit Chrysis , vitrei non fluminis undae ,  
Non mihi grata rubro vernantia mala colore ,  
Non labrusca placet , nec vinea densa racemis .

Lyc. Incipe luclisonum mecum , mea fistula , carmen .  
Rumpite Pastores calamos , dediscite laeta  
Carmina : cui posthac nos carmina laeta canemus ?  
Cui tenues posthac inflabimus arte cicutas ?  
Nempe leves olli culami , cantusque placebant ;  
Ille avida nostras hauribat & aure camoenas .

Tit.

**Tit.** *Tristior, alme Clani, de fluctibus exsere vultum.*  
*Anne iterum posthac animare ad carmina canus*  
*Audebo? refugi glaucas in fluminis undas*  
*Projiciam quando hunc, casas qui inviseremus nostras*  
*Suetus, & alloquio dignari, atque addere musis*  
*Praemia, Roma tuis condis fatalibus arvis.*

**Lyc.** *Incipe luctisonum mecum, mea fistula, carmen:*  
*Heu quae nos miseros tandem fors improba perdet!*  
*Non heic lusciniae, Progne, sturnize, canoris*  
*Aut fringillarum resonabit silva querelis;*  
*Nostra sed, cornix, & taeter carmine bubo*  
*Obstrepet, & picus, tristis quibus affonet echo.*

**Tit.** *Tristior, alme Clani, de fluctibus exsere vultum.*  
*Heu quae nos miseros pressabunt aspera fata!*  
*Effuso ante solens Clanius decurrere gressu,*  
*Murmureque irriguos fesso mibi spargere somnos,*  
*Aridus anguillas corvis alimenta relinet;*  
*Et ranae, bufoque caro spatiabitur alveo.*

**Lyc.** *Quid loquor? aut ubi sum? que tanta insaniam mentem*  
*Pernurbat? nitidi (an fallor?) consendit Olympi*  
*Culmina Coelicolum stipatus ab agmine Chrysis.*

**Tit.** *Vera refers, Lycida: subiit vaga sidera Chrysis.*  
*Ergo age, deposito tristi jam carmine, laeti*  
*Silvestrem tenui meditemur arundine musam.*

**Lyc.** *Define luctisonum, mea fistula, define carmen,*  
*Arduus aurato vestus super aethera plostro*  
*Chrysis, sub niveis despectat sidera plantis.*  
*Interea o pueri sollemnes tollite plausus.*

**Tit.** *Indue, parze Clani, laetos mecum indue vultus.*  
*Splendenti Chrysis redimitus tempora mitra,*  
*Murice conspicuus fulgentibus imperat astris:*  
*Ergo agite o pueri festivas ducite pompas.*

**Lyc.** *Define luctisonum, mea fistula, define carmen.*  
*Si nos Coelicolum Chrysis tutatur ab arce,*  
*Securae este & oves, securaque este capellae,*

*Et*

*Et cythisum pastae potum ite ad fluminis undas.*

*Tit. Indue, parve Clani, laetos mecum indue vultus.*

*Anne lupus stabulis, malesanaque pestis ovili*

*Incumbet post hac, superum dum Chrysif ab arce*

*Ipse mala scabie, infidusque hostilibus arcet?*

*Lyc. Desine luctisonum mecum, mea fistula, carmen.*

*Heic ubi cypressus semper viret, optime Chrysif,*

*Et tumulum faciam, & tumulo dabo florea sarta,*

*Quo longum silvis maneat tibi nomen in aevum.*

*Tit. Indue, parve Clani, laetos mecum indue vultus.*

*Ast heic qua cauti veniens illiditur unda,*

*Manibus ara tuis stabit redimita hyacinthis,*

*Notus ut e Scythia calidam sis usque Sienem.*

*Lyc. Desine luctisonum, mea fistula, desine carmen.*

*Tu tamen interea factus novus incoda Coeli,*

*Sis bonus o, placidusque; tuos ne temne clientes,*

*Qui tibi deliciae fuerunt, atque una voluptas.*

*Tit. Indue, parve Clani, laetos mecum indue vultus.*

*En ut Chrysif tuum veneramur nomen; at ipse,*

*Dum celso aeternum victor spatiaris Olympo,*

*Quae modo grata dabas Pastoriibus otia, serva.*

*Haec illi, ut tristem depellant corde dolorem.*

*Interea Chrysif fluvias, quercusque sonabant;*

*Atque hinc exesa rupes, colleisque propinquai,*

*Hinc nemoris caeci responsavere recessus.*

*Chrysida nec credant ex illo morte perentum*

*Tempore Pastores, sed laetum ad sidera raptum.*





**E**RA presso l'aurora , ed ecco innanti  
Vna Pianta m' apparve inclita , altera ;  
Ed in gran copia la celeste spera  
Grazie ed umor piovea su i rami santi .

Indi uscian raggi , che allumavan quanti  
Sotto i be' rami suoi erano a schiera :  
Tal che la gente intorno ormai tutt' era  
Lieta così , che non fu mai davanti .

All'or , che l'alta vision m'apparve ,  
Volea gridar : la bella Pianta mia  
Eterni il Cielo , e non le noccia mai .

Quand' ecco surse un' importuna e ria  
Tempesta . oimè la Pianta mia ! gridai .  
Pur ella cadde , e'l lume , e'l sonno sparve .



## ODE



Non ulla constat heic voluptas integra,  
 Sed misera semper noxio  
 Aliquo est veneno. Hac lege nempe vivimus  
 Quicunque terrae munere  
 Fruimur, quod usu traditum mortalibus;  
 Volventis ut fati vices  
 Obnoxii nos usque simus spiculis.  
 Quin tum pavendum maxime,  
 Cum laeta ridet mage malacia, nam ferox  
 Procella propior ingruit.  
 Aversa non beatior fuerat, magis  
 Nec usq[ue] facili numine,  
 Quam Purpuratorum Patrum illo culmine,  
 Et lumine INICO Praesule.  
 Hoc illa Principe invida caeteris  
 Oenotriae Vrbibus fuit,  
 Et nomen Indos protulerat in ultimos,  
 Arctoque ab algida, latus  
 Ad usque torrens, & ubi lucidum lavit  
 Sol occidens mari caput.  
 Honore fulsit, laudeque inclyta omnium  
 Per ora volitavit Viram.  
 At dum legebat haec virentis arboris  
 Satis superque suavia  
 Poma, & micabant para Coelo sidera  
 (Heu fata nobis invida! )  
 Illapsus ecce nubila aere contrahit  
 Turbo, furitque dum impotens,

Divellit

*Divellit imis arborem radicibus,  
Brevique perdidit die,  
Quod moesta poterit Civitas haec missibat  
Non indipisci aetatum.*



H

ELE

## E L E G I A;



Ergo erat in fatis, ut nostra dissipatus Urbe  
 Conficeres vitae tempora summa tuae?  
 Quemque haec laeta diu complexum Ecclesia fovit,  
 Eque sinu nullam sivit abesse diem;  
 Illius occideres longe semotus ab ulnis,  
 Sponsa nec exsequiis posset adesse tuis?  
 O utinam nostris haesissent, INNICE, plantis  
     Alae, corripuit cum tua membra febris;  
 Namque tuum circa trepidi, flentesque cubile  
     Forte audiremus verba suprema Patris.  
 Scimus (Ego rigidam res apta effringere cautem,  
     Et lacrimas saevis tigribus elicere!)  
 Pallida membra licet malefanus adureret aestus,  
     Scinderet Ego vitae stamina Parca tuae,  
 INNICE, quod tristi haud aliud verfaveris ore,  
     Gaudia quam natos, deliciasque tuas.  
 Atque ubi sunt, inquis, nati, mea cura? Parentem  
     Anne aliquis natos tardat adire suum?  
 Heus ite, atque mihi dulces arcessite natos,  
     Quam prius hacc claudat lumina summa dies.  
 Narorum fugientem animam complexibus hanc si  
     Mittere mihi liceat, mors mihi dulcis erit.  
 Longa ubi sed subiit Româ quod semita natos  
     Arcet, Ego infirmo non adeunda pede;  
 Asperior fractos quanto dolor occupat artus,  
     Quam saevit morbi vis furiosa magis!  
 INNICE fortassis tua si te Aversa tenebat,  
     Non nocuisset adhuc lurida Persephone.

Nam

Nam tua dum cernis suavissima pignora circum,  
 Pignora visceribus non tibi cara minus;  
 Et nova moerenti exoritur dum corde voluptas;  
 Desierat forsan dira nocere febris.  
 Occidis at nostris longe complexibus, eheu!  
 Nec potis est morti natus adesse Patris.  
 Hoc nempe inflictum exacuit mage pectore vulnus;  
 Hoc nostri major caussa doloris erit,  
 INNICE, quod mortem nostra procul oppetis Urbe,  
 Patria nec lacrimis busta rigare datur.





**P**OICHE d'Aversa il sacro almo Pastore  
Morte crudele acerbamente estinse,  
E'l venenoso suo quadrello intinse  
Nel di lui sangue, e profondollo al core;

Avveduta del folle audace errore,  
Il fiero volto un tal pallor le tinsè,  
E noja tale la conquise e strinse,  
Che diede irata cotal voce fure.

Stolta che fui! la piu chiar' Alma altera  
Di quanti furon già degni mortali,  
Fatto ho di vita omai giugnere a sfera.

Quindi spezzando la faretra e i strali,  
Riede a Cocito dispettosa e fera,  
Mordendo l'empie infrante armi fatali.





O He laborum jam satis est, ohe  
 Sat lacrimarum. parce minacius  
 Quassare fulmen: luctuosi,  
 Rex hominum, miseresce saecli.  
 Quae tam directa est ora sub ignibus  
 Solis propinquui, Ardeore sub algida,  
 Cui forte non arida nostrae  
 Asperitas miseranda cladis?  
 Percusus ita quo INNICVS occidit,  
 Omnes eodem sternimur impetu;  
 Atque unus ingentem nefastus  
 Duxit utramque dies ruinam.  
 Deflisse juvit, cunctaque lugubri  
 Complere questu: longa nec eximet  
 Aetas amores, nec pigebit  
 Delicii meminisse nostri.  
 Ast o, verendo Numine qui vices  
 Versas virorum, tristia jam velis  
 Mutare laetis, ac reverti  
 In melius patiare fata.  
 Alter regendo haud degener advolet  
 Clavo Magister: sentiat INNICO  
 Non imparem se Aversu Patrem  
 Muneribus tenuisse Divum.





Π Οΐ με, πατρῷη ἀγάπη, Διασπᾶς;  
 Ή ἐσ οίμωγάς ὄδωνει πικράς,  
 Ήδὲ μέ δύναξν μάλα γηθέειτε  
 Σφόδρα κελάνεις;  
 Ορφανιαθέντων Πατέρῳ γ' αἰσχού,  
 Οἶον αἰώνες πλέοντες βέοντες  
 Μή ποτ' οισομσιν, μάλα μὴ σεναγμὸς  
 Ομματ' ἀδικ.  
 Μεζμεείζοντας δέ ἐνὶ φρεοῖς ἀπείρω  
 Δόξαν, ἦν ΚΑΡΑΚΚΙΟΛΟΣ Θεωθεῖς  
 Ελαβεν, καὶ δύαιμονίαν παθόσαν  
 Μηδένα πότυον,  
 Τέκνα δέ χαίρειν φίλα, ηδόνητε  
 Αὐτλέειν πλείσην. τί φρέπει δέ μᾶλλον;  
 Αὐτὸς γέ φρέσβυς μακάρεις θημέωτ  
 Τὸν γόδον αἴνι.  
 Τοιγαρψν ήμιν ἂ, ἔρως πατρῷε  
 Ελκεις ἀξίων, ἀπέχει βέεθρα  
 Δακρύων. αὐτὸς μακάρεος ἀριθμεῖς  
 Τῦτο κελάνι.



HEN-

## HENDECASYLLABI.



**E**xtingutum nimiis quid, o quid ultra  
 Prolugere INICVM juvat querelis?  
 Ad celsas INICVS meavit arces,  
 Et jam sub pedibus premens micantes  
 Orbes, aethereo axe conspicatur  
 Terras, ridet & anxium dolorem,  
 Qui nobis premit exeditque corda.  
 Immo is purpureo haurit ore suaves  
 Succos ambrosiae, ebitque nectar;  
 Jucundaque Dei osculatione  
 Aeternum fruitur timoris expers.  
 Ergo perpetuis quid, o quid ultra  
 Prolugere INICVM juvat querelis?  
 Fusi laetitia immo comprecessum,  
 Nostras e superum audiat corusca  
 Voces sede, velitque vota nobis,  
 Vota ut sint rata, mentibusque castis;  
 Talem e Numine ut impetrat Parentem  
 Aversae lacrimis diu innatanti,  
 Ejus qui exprimat undequaque mores.  
 Nec fas est, INICO sequestro, Patrem  
 Sperare ab superis, nisi ex amissi  
 Ejus qui exprimat undequaque mores.



SO:



**O** Ve à la Fama si solleva e innalza  
 Superbo Tempio fra Colossi e marmi,  
 Duro acerbo dolore un dì mi sbalza,  
 Oltre gli Sciti, e gli ultimi Biarmi.

Quivi nel mezzo un gran feretro s'alza  
 Cinto di mesti ed onorati carmi,  
 Ove la Dea sen vien discinta e scalza,  
 Torbida e mesta agli atti, al volto, all'armi.

Intenta poscia al mesto ufficio e pio,  
 Morto è, dice, il mio Eroe; qual' altro io aggio  
 Piu ad eternare? a che serb' io la tromba?

Poich' ella oggi ha compiuto il suo viaggio,  
 Quivi rimanga in sempiterno obbligo  
 Dentro la sacra ed onorata Tomba.



## E L E G I A.



Illa ego, quae tanto dirarum verbere pulsor;  
 In sacrum quantae vix cecidere caput,  
 Vestrum, Di superi, quod non est fallere, numen  
 Testor, & horrendum numinis arbitrium.  
 Quid tantum merui? vel quo me crimine scontem  
 Obstrinxi, quod non eluat Oceanus?  
 Vir fuerat nullis non auctus honoribus unus,  
 Quos capit a patribus, quos parat ipse sibi.  
 Plurima quem regio, quem rerum dia potestas,  
 Quemque ostrum ornarat, quem sacra vitta satis:  
 Huic ego, quam juvat in medios irrumpere cursus,  
 Sic favi, ut merito quilibet invideat.  
 Et sibi & libuit, longaevae hunc munere vitae  
 Vesci, ac Nestoreos jam numerare dies:  
 Vitamque hanc adeo laudum praevertere cursu,  
 Quo vix mille hominum saecula pertigerint.  
 Omnia plena suo jam nomine; nubibus aequam  
 Factorum sumam coelitibusque parem.  
 Tantam ego spectabam decorum non invida molem;  
 Et primum juvit posse nocere minus.  
 Saepe manum residem caedis vetus ardor obarmat;  
 Saepe ferire vetans detrahit arma pudor.  
 Denique quid facerem? mean' ut jura omnia pessum  
 Mota ruant? tantum ut concidat Imperium?  
 Pertulerim hoc etiam. Sed Coeli regia terris  
 Dudum illum invidit: sed Pater ipse jubet:  
 Eripe mortalem formam, coeloque remitte  
 Augendis magno sidere sideribus.

I

Jussa

Jussa recusarem? qui tandem? invita jacentem  
 Retracto pharetram, spiculaque apto manu.  
 Tum me quanta tenet cunctatio? suevio; parco:  
 Jam subeo; refero mox pudibunda pedem.  
 Terque manus revocata redit subsistere jussa;  
 Terque, ubi conata est, irritus ictus abit.  
 Pugna diu haec tenuit, multisque extraea diebus  
 Nec est, & vitae spem sibi fingit amor.  
 Atque utinam licuisset adhuc! nunc, INNICE, stares;  
 Nec gemeres clades, lecta Juventa, tuas.  
 Denique conficio aversa tam mente, dolorem  
 Ut non ferre valens me illico proriperem.  
 Juvit & invisam mibimet me errare per umbras;  
 Juvit & insuetas imbre madere genas.  
 Haec facti ratio. quae sit mea noxa, videte  
 O superi: vestro in numine caussa mea est.



## EPIGRAMMA.



Q Vicunque bas colitis sedes, mea dicta Parentis  
     Accipite, atque imis condite pectoribus.  
 Multa mei (nec dissimulo) monumenta manebunt;  
     Spirabo in multis atque vigebo locis.  
 Hae, reliqua ut sileant, aedes, haec tecta loquentur  
     Ampla satis, studio sed minus ampla meo.  
 Forsan & his veniet mihi pars non ultima laudis,  
     Quae contemta olim nunc cumulata redit.  
 At non ista placet monumenta exstare: caducis  
     Creditur aeternus non bene rebus amor.  
 Vos monumenta mei malim superare; Parentem,  
     Ut quisquis natos aspicit, aspiciat.  
 Ergo age, si qua mei vos cura incessit, alumni,  
     Sumite par tantis partibus ingenium.  
 Sic ego non omnis moriar; magnamque juvabit  
     Partem in pignoribus jam supereesse meis.



## SONETO.



**L**Asciasti al fin la fral cäduta spoglia  
Santo Pastore , e al Ciel ratto n' andasti ;  
E me senza il mio Sol cieca lasciasti  
Vedova sconsolata in lutto , e in doglia .

Or che fiammeggi in la piu eccelsa soglia ,  
Prega , se quell'amor che mi mostrasti  
Quaggiù vivendo , in Ciel non obbliaisti ,  
Che un'equal Padre dare Iddio ne voglia .

Così di polve i sciolti crini aspersa ,  
Quel dì che al Ciel volò suo Pastor santo ,  
Dicea , d'umor molle le guance , Aversa :

Quando dal manco avventuroso canto  
Lieta voce s'udi : Tosto conversa  
Vedrassi in gioja la tua doglia , e'l pianto .



IN-

INNICI CARDINALIS CARACCIOLI<sup>69</sup>

C O N S E C R A T I O

AD RENATVM CARDINALEM IMPERIALEM.



**Q**Vae loca perpetuo radiantia lumine venit,  
Mortali ut primum de corpore liber ovansque  
Exiit, & superas INICVS penetravit ad arces,  
Hinc canere incipiam. Tu, qui splendentia puro  
Lumine templa habitas, Vati nunc suffice vires.  
Dumque iter intentatum aliis meditatur, ab alto  
Dirige, nanque potes; sine te labor irritus omnis.

Purpurei interea Tu gloria prima Senatus  
Romuleaque Vrbis columenque decusque, RENATE,  
Quem septemgmina merito Regnator ab arce  
Curarum assumit socium fidumque ministrum,  
Quicum labentem Romanam restituat rem,  
Huc ades; atque haec haud populo perspecta profano  
Otia respicias. seu Te ditissima libris  
Bibliotheca tenet non parvo instructa labore,  
Non modico sumtu; seu totus distinet Orbis  
Implicitum caussis, resecat quas maxima Roma,  
Electos de more Patres cum cogit in unum,  
Dum magna aggredimur; nostro dum pectore major  
Spiritus exoritur, stolidaeque impervia plebis  
Regna oculis penetrare libet, ne despice Vatem.  
Sed dum difficulti & longa regione viarum  
Is meditatur iter, nullus quod carpserit unquam  
Adde gradum comes; atque has obliviscere terras,

Et

*Et mecum ignotas Coeli spatiare per oras.*

Nox erat, & placidus mea lumina somnus habebat;  
 Ecce sub auroram, nitidae vicinia lucis  
 Sidera dum reddit venturo pallida Sole,  
 In somnis INICVS, cordis pars maxima nostri,  
 Visus adesse mihi, rutilumque effundere lumen.  
 Ast o qualis erat! quantum mutatus ab illo,  
 Vitalis nobiscum olim qui carpserat auras.  
 Viribus integris, fortis nitidusque juventa:  
 Lux oculis nova, lux ori; nec jam sibi vultus  
 Mortalis, nec vox hominem sonat. ipse videbar  
 Compellare virum, & longo sermone morari.  
 O decus Ausoniae, lumenque salusque tuorum  
 Natorum quondam, dum fata Deuque sinebant  
 Ergone lex eadem, inviti qua cogimur omnes,  
 Te quoque nunc, INICE, humanis excedere rebus  
 Jussit, & immeritum vulgaribus addidit umbris?  
 At non, ille infit, non est mortalibus una  
 Sors cunctis, non una manent post funera fata:  
 Nos neque, uti reris, mors detinet; attamen usque  
 Vivimus, excellens quos vexit ad aethera virtus.  
 Tertia flammato repetit dum pectore, Virgo  
 Regia Religio radianti incedit quadriga  
 O age, rumpe moras, inquit, currumque micantem  
 Nata subi, sedesque novas, semotaque regna.  
 Ille subit currum, nubesque excedit, & alto  
 Invehitur Coelo, curruque deaque superbis.  
 Est via, quae Coelo solum manifesta sereno  
 Cernitur; hanc nubes, tonitrus, pluviaeque, nivesque  
 Perturbant nunquam, neque tangunt: omnis in orbem  
 Ardet, & errantes per Coelum concipit ignes.  
 Haec fortes animas, postquam de corpore ventum est,  
 Accipit, & subito mediis interserit astris.  
 Credidit hoc recti verique ignara vetustas  
 Heroas penetrare suos, qui vulnera passi

Pro

Pro patria , multos quondam pervadere in hostes  
 Ausi ; quos vita insignis , quos cognita virtus  
 Extulit ; atque animis ardorem ircussit honestum .  
 Huc , postquam flammis crescentem in vulnera Lernam ,  
 Et vastum Nemeae occidit sub rupe iconem ,  
 Creditus immitti quondam Tyrintius heros .  
 Huc Anchisiades captae post funera Trojae ,  
 Illatosque deos Latio , succedere quondam  
 Creditus : hic Caesar , supra Garamantas & Indos  
 Imperium postquam extendit , Janumque bifrontem  
 Clausit , compositis post belli incommoda rebus .  
 Credidit haec nigris gens olim offusa tenebris ;  
 Vana supersticio stolidam caligine mentem  
 Imbuit , has olim sedes commenta supremas .  
 Sed tamen , heus stolidi , quae tanta audacia sanctas  
 Jussit adire domos ? procul o , procul inde profani .  
 Huc aditus duntaxat iis , quos vera secutos  
 Alma fides fovit , verum queis noscere Numen  
 Illa dedit , turbam falorum exosa deorum .  
 Huc dux intrepidus quondam per devia Moses  
 Traditus erranti populo successit , iniquum  
 Servitium postquam pertaesam , & triste Tyranni  
 Imperium , noctu , post foeda incommoda Regni  
 Educens Aegypto aciem famulantibus Euris  
 Attonitam jussit mediis incedere in undis .  
 Huc Josue , celsa postquam Gabaonis in arce  
 Titanem jussit rapidos cohibere ingales .  
 Huc subiit quondam imperio fidibusque decorus  
 Magnus Jessides , spatiofa in valle iconem  
 Qui stravit puer , horrificum stravitque Gigantem ,  
 Quem laudis dudum caedisse insana cupido  
 Egerat Isacidas contra . Quid lumina fando  
 Cetera commemorem , regio quibus illa coruscat ?  
 Huc cuncti Heroes , seros qui forte nepotes  
 In longum fecere sui memores bene-factis ,

Illati tandem post fortia facta feruntur:  
 Adspicias illinc nascentis semina Mundi  
 Undique circumagi, & spatium per inane vagari:  
 Inque vicem modo juncta, modo & distracta cieri,  
 Inque orbem nunc has, illas nunc sumere formas.  
 Inde licet Lunae proprius spectare labores,  
 Cum procul a Phoebo nigra ferrugine vultus  
 Obnubit, positae in medio Telluris ab umbra:  
 Vnde laboranti ut possint succurrere noctu,  
 Et prohibere illam magicos audire susurros,  
 Attoniti tundunt aera auxiliaria Persue.  
 Adspicias Sol ut torrentis spicula flammac  
 Fervidus in Lybias jacit, Aethiopaque recoclos,  
 Et gelido positos declinat in axe Gelonos.  
 Quid Maja genitum, Venerem Martemque Jovemque  
 Saturnumque, suo nimium qui pallidus astro.  
 Segniter, haud multo septus rotat agmine Coelum,  
 Nunc memorem, ut peragant non uno tempore cursus,  
 Tramite: non quo? hic videas quaecunque negatum est  
 Scire Sophis, ut Nile tuis, quosve Hellas alumni  
 Eduxit, majorve tulit quos Graecia quondam.  
 Ergo ubi sublimemque locum sedesque beatas  
 Devenere, INICO adutum longo ordine cuncti  
 Occurrunt, laetaque Heroscm voce salutant.  
 Non pauci ante alios majori lumine fulgent,  
 Quos CARACCIOLIDVM multis gens inclita seclis  
 Inferuere astris, generis decora alta vetusti.  
 Occurrit longaeva Parens laetissimu nato  
 Viribus annorum edomitis, turpemque senectam  
 Exuta, & rosa circum cervice resulgens.  
 Pone sequens, lumen vultus imitatus & igres,  
 Obvius occurrit clarum per secula nomen  
 FRANCISCVS; natusque simul BAPTISTA Parenti  
 It comes, invicti quondam Mavortis alumni,  
 Qui armati intrepidum toties variumque per hostem

Ire

Ire ausi, pulcroque alacres occurrere leto,  
 Afferuere suis nutantia regna Tyrannis.  
 Non procul his INICVS verae pietatis amator,  
 Praesule quo niveos mores, rectumque fidemque  
 Parthenope gavisa sua spatiarier Vrbe,  
 Atque nitere sacras Aedes; nec segniter aras  
 Thare calere suo. Lacrimis dein venit obortis  
 JACOBVS roseo vultu, tantoque coruscus  
 Lumine, quantum olim non ulla obnubere possit  
 Septa caput nigris nox importuna tenebris.  
 Proximus hunc sequitur claro spectandus in ostro  
 NICOLEWS nimbo affulgens radiante: vetustum  
 Quo decus afferuit, multis ac partibus auxit  
 Capua lactea suo sat Praesule. At invida quamvis  
 Mors illum abstulerit, spirant augusta Parentis  
 Hinc operum decora, hinc pietas, gratisuae suorum  
 Non moriturus amor. Tandem longo agmine septus  
 Obvius it PETRACO longaeque stirpis origo,  
 Vnde omnis series & longior ordo nepotum  
 Ducitur. Ille novum spectans Heroa beatas  
 Heroum sedes, & candida regna subire,  
 Venisti, exceptis gaudens, dulcissime Natae,  
 Venisti tandem non ultima gloria gentis;  
 Jamque ades ipse tua luce ornatus Olympum.  
 Sic euidem praecepi animo, ratus affore tempus  
 Hoc demum, annumerans annos & tempora mecum.  
 Quam metui, ne quid niveis fortassis obesset  
 Moribus Aula tuis, claros quando inter ephebos  
 Adscivit CAROLVS primaevio in flore juventae.  
 At bene munitum peclus neque concutit Aula  
 Principis; immodico nec frangit inertia luxu.  
 Ergo age, curraqe elatus victore, paratam  
 Sedem Natae subi. Sensit Titanius orbis  
 Adventum, stellarum ignes & pallida Phoebe  
 Sensere, & quotquot regna haec vaga signa pererrant.

K

Talia

74

*Talia dicta dabat, currum cum regia Virgo  
Exagitans, non haec, inquit, sunt debita nostro  
Praemia digna Viro: Superi majora pararunt.  
Sic ait, Et celeri ingreditur loca de via eurus,  
Invectans Heroa, viamque affectat Olympos.  
Sublimem capit Ille viam: dum nitor cuntem  
Pone sequi, nec posse datur, sopor exit in euras.*

F I N I S.

MENDORVM CORRECTIO. 75

Pag. 3.vers.3.	benifcentiae	corr.	beneficentiae
Pag.38.v. 8.	πορφυρέοντε		πορφυρέωντε
Pag.47.v. 9.	ζωα		ζωα
V. 11.	εξάτει		εξάτει
V. 19.	νοσθ		νοσθ
Pag.48.v. 9.	πρόεμες		πρόεμες
V. 20.	ζατείντες		ζατείντες
V. 24.	ανω		ανω
V. 25.	ῷη		ῷη
Pag.49.v. 5.	Ω's		Ω's
Pag.50.v. 17.	illa		ille
Pag.53.v. 18.	caro		caro
Pag.54.v. 1.	cytisum		cytisum





